








ELEMENTA
EPIGRAPHICES GRAECAE

SCRIPSIT

IOANNES FRANZIUS.



BEROLINI
EX LIBRARIA F. NICOLAI.
MDCCCXL.

TYPIS ACADEMICIS.



AUGUSTO BOECKHIO

CONDITORI EPIGRAPHICES GRAECAE

D. D. D.

AUCTOR.

Quum Graecia relicta Romam venissem et ibi post varios casus initium requiescendi atque animum ad praeclara nostra studia referendi mihi concessum viderem, rogatus saepe ab amicis ut elementa epigraphices graecae componerem, tandem industria mea eorum voluntati morem gerendum putavi. Nam quum ex inscriptionibus non minus quam ex scriptoribus graecis omnium philologiae partium promatur materia, harum litterarum, ex quo Tu novam iis lucem et inexspectatam attulisti, mutata repente tota forma est, ut facile posset intelligi, genus hoc diffusum et dissipatum si quis arte conglutinaret ac ratione quadam constringeret, studiosis rerum antiquarum haud exiguam utilitatem esse allaturum. Ita Romae nata haec sunt elementa et sub mitiori caelo educata; quae ut nomine ornarem Tuo, non me ambitio, a qua absum longissime, neque aucupium benevolentiae, quam mihi non deesse certo scio, sed pietas ac religio commovit. Nam quum, quae hoc libro continentur, pleraque omnia Tua sint, neque Tu accipere gravaberis et ego Tibi non reddere nefas esse duxi.

Quod quoniam mihi voluntatis accidit, ut epigraphicen graecam primus ad artem quandam revocarem, dicendum videtur, quid in hoc libro adornando consilii sim secutus. Neque enim id egi ut collectionem inscriptionum pararem potius quam ut, quae inde ab antiquissimis temporibus usque ad quartum post Christum natum saeculum scripturae et dialectorum ratio esset in monumentis lapideis, ob oculos ponerem. In quo quum omnino ita poni exem-

pla oporteat, ut in artis formam conveniant, tum fructuosior iucundiorque cognitio fore videtur ea, quae in animis eorum, qui contemplentur, tanquam nascentis rei imaginem relinquat, in litteris praesertim quae magis deterrere plerosque ab incepto quam invitare atque allicere videantur. Quamquam mihi quidem vel sic res epigraphicae gratae semper iucundaeque fuerunt, quod nescio quo pacto propinquiores mihi veteres Graeci videbantur, quotiescumque ad marmora eorum accesseram. Itaque inscriptionibus, quotquot aetatem tulerunt, pervestigatis eas elegi, quae accommodatae ad institutum meum viderentur, atque notatis distinctisque temporibus in certas aetates coactas ita disposui, ut, pertractatis titulis antiquissimis, in unaquaque aetate primum Atticas, deinde ceterarum gentium inscriptiones exponerem. Epochae autem ut ex Atticorum titulorum ratione palaeographica constituerentur, horum monumentorum et natura disertior et copia amplior praescripsit. Ex quo fit ut non solum usus scribendi et palaeographia qualis in litteris publicis quovis tempore diversisque in regionibus obtinuerit, sed etiam dialecti quomodo paullatim in communem linguam transierint, accuratius intelligi possit. Plurima igitur nobis videmur rei epigraphicae adiumenta attulisse, qui et tironibus praecepta de titulorum tractandorum ratione magna cum exercitatione gustanda dederimus et simul iis, qui palaeographiae epigraphicae sunt studiosi, non defuerimus. Neque facile divelli alterum ab altero potuit. Nam quemadmodum ars exemplis carere non potest, ita exempla vim suam lucemque ab arte mutuantur.

Atque in repraesentando quidem textu titulorum quum rationem a Te initam optimam esse cognovissem, eam secutus sum diligenter. Itaque vetustissimorum titulorum qui typis reddi nequiverunt, ligneis aereisve tabulis incisi sunt, reliqui typis expressi iis, quibus Tu in thesauro inscriptionum usus es. Neque enim non ridicula est superstitio eorum, qui ubique plus in tabulis aereis quam in apographis auctoritatis esse arbitrantur. Diplomaticam autem fidem unice praestandam existimavi, omni correctione in contextum minusculis litteris expressum ablegata. Qua in re haec quoque Tua ratio adoptanda fuit, qua ex pluribus quae praesto erant apographis textum composuisti, in quo quidquid habetur, transcribentium nitatur auctoritate. Quo fit ut servata fide diplomatica, qui omnia apographa velit integra habere, sibi ea ex varià lectione inter utrumquè contextum annotata possit componere. In titulis autem lacunosis, ne textus bis apponendus esset, supplementa uncis inclusa addidimus, quorum haec ratio est, ut, ubi verba quaedam aut integri versus supplentur, unci additi sint utrimque [ ], ubi autem in utraque versus extremitate lacunae explendae sunt, uncus [finem significet totum, inversus] initium.

Verum ut in his brevitati data opera est, ita etiam interpretationem unicuique titulo subiunxi non nimis prolixam, in qua plerumque Tua vestigia premenda putavi, indignum ratus a bene inventis recedere nisi ubi aut apographa meliora oblata aliam suasissent rationem (n.28.), aut recens reperta rectiorem viam monstra-

vissent (n. 69.). Multa a me dicta sunt brevius, quam res petebat; sed ad eum finem, quem propositum mihi habebam, non fuit dicendum pluribus. Ob eamque causam neque in introductione commentationes de alphabeto graeco invita Minerva scriptas recensui, et in interpretatione controversias de titulorum tractandorum ratione coniecturasque inanes missas feci, nec vereor, ne, qua in re laudem modestiae sector, in ea ipsa re levior fuisse videar. Quodsi meram ἐπίδειξιν praestare eruditionis constituissem, multo magnificentius exornare rem licebat; sed quum ea, quae scripsi, non solis eruditis scribere placuerit, tum plus apud me semper Platonis dictum valet: ὁ συνοπτικὸς διαλεκτικός. Itaque si ea, quae hoc libro exposita sunt, tanto opere Tibi probabuntur, quanto studio, ut prodessent, scripta sunt a me, non opinor fore ut aut me aut alios industriae meae paeniteat. Vale et favere mihi perge.

Scribebam Berolini mense Iunio a. MDCCCXXXIX.

CONSPECTUS LIBRI.

I.

DE EPIGRAPHICE.

1. Epigraphice (ἐπιγραφική) titulorum notitia est. Titulus autem quum monumentum quodvis litterarium sit materiae solidiori inscriptum, (*) facile intelligitur, epigraphices argumentum non esse eiusmodi, quod artis proprium vel disciplinae esse videatur. Nam quum titulorum alii ad alia referuntur antiquitatis instituta, tum ex materiâ, in quâ scripti sunt, artis forma peculiaris depromi nulla potest. Itaque Boeckhius, qui, quid sit orbis litterarum, melius perspexit quam qui ante eum de rebus litterariis scripserunt viri docti, primus epigraphicen negavit esse peculiarem suisque finibus circumscriptam disciplinam. (**) Neque iniuriâ. Quae enim disciplinam artemve solent efficere, notiones propriae et peculiares finisque a ceteris seiunctus disciplinis, horum in epigraphice inveniri nihil potest. Ea est autem natura orbis litterarum ut aptus sit totus ex sese nec quidquam mutuetur extrinsecus; quem describere pluribus neque huius loci est neque necessarium. Satis erit, epigraphice quo loco sit in philologiae classicae habenda disciplinis, indigitasse. Nam quum philologi hoc sit munus praecipuum, ut summas notiones indaget veteribus populis naturâ insitas easque in singulis antiqui cultus partibus tanquam in imaginibus intueatur, quidquid ad illas cognoscendas conducat, summo opere expetendum putabit. Neque vero,

(*) Proprie ἐπίγραμμα (Demosth. 615. fin. 616. 10. cf. Preller. de fragm. Polemon. p. 123. cuius tamen non ab omni parte verum iudicium est), deinde ἐπιγραφή primum sensu inscriptionis ap. Thucyd. 2. 43. mox pro quovis titulo C. I. 2155. 2692. 2715. 2852. 2855. 2858. 2950. 3029. Polyb. 3, 9, 3. 5, 9, 3. Vocabulo στήλη interdum subest tituli significatio, ut ap. oratores Atticos. cf. n. 77. vs. 39. et tit. marmorarii ap. Castell. II. 7. p. 20.

(**) Contra Fr. A. Wolfium, qui in Mus. Archaeol. T. I. 1. p. 79. 145. in doctrinarum philologicarum serie epigraphicen paenultimam posuit post numismaticen proximam. Quod ferri posset, si epigraphice eius esset generis, cuius Christ in Comment. de litt. et artt. antt. (ed. Zenne 1776.) p. 115. sq. mentionem iniecit.

ubi ad singulas partes accesserit, uniuscuiusque naturam ratione destitutam esse patietur, sed expositionem reddet congruam notionibus illis, ut, simul ac se quaeque offert contemplanti, non fortuito sed interiore quadam necessitate conformatam esse intelligat. Quum igitur, philologia quibus ex quattuor partibus constat, earum una rerum publice gestarum contineat institutorumque civilium cognitionem cum temporum et locorum notitiâ, altera rerum privatarum atque universae oeconomiae et commercii demonstrationem, tertia caerimoniarum artiumque caerimoniis inservientium disciplinam, quarta denique scientiae omnis historiam, tam mythologiae et philosophiae, quam linguae ceterarumque disciplinarum, epigraphice in mediâ parte eâ, quam extremam posuimus, retrusa atque abdita est. Quâ parte quae litteraturae et linguarum studia comprehenduntur, eorum vis omnis in explicandis formis stilorum posita est generibusque scribendi. Historiae igitur litterariae ut auctorum, omniumque litteratorum monumentorum ita titulorum subiecta notitia est. Utrisque pro fontibus uti oportet, unde omnium philologiae partium hauriatur materia. Omnium autem antiquitatis fontium qualis debeat esse tractatio, eaedem doctrinae formales docent, hermeneutice et critice.

Quodsi quaeris, in epigraphice quid sit illud, quod possit in artis formam redigi, palaeographia stilique in titulis conformatio ostendit se atque occurrit. Quarum utraque etsi proponi potest quodam modo circumscripta finibus suis, tamen non eiusmodi est, ut divulsa altera ab universâ palaeographiâ, altera a reliquâ stilorum demonstratione artem peculiarem constituat. Etenim materia epigraphices tituli sunt lapidi vel metallo vel ligno vel supellectili cuicumque, ut gemmis, sigillis, annulis, astragalis, vasis, ponderibus, inscripti. Ad quos qui pertinent nummi quamquam communem habent cum illis palaeographiam, quum a typis, qui potissima eis ornamenta subministrant, separari commode non possint, libris numismaticis iure relinquentur. Item papyros qui non seiungendos putet, viderit, ne ea addi velit, quae non epigraphices sint potius quam rei diplomaticae propria. Nummis igitur et papyris ita tantum locus erit in rebus epigraphicis, ut ex iis desumatur, si quid valere ad cognoscendam palaeographiam videatur. Ex quo apparet materiae epigraphicae propriam quidem esse palaeographiam, (*) sed ea quum pars sit palaeographiae universae, peculia-

(*) Mirum commentum est Sponii (Praef. Misc. erud. ant.), qui de solâ archaeographiâ, quam finxit, dicens octo eius partes constituit, numismatographiam, epigrammatographiam, gly-

rem inde disciplinam constitui non posse. Ac similis stili ratio est. Neque enim negari potest, titulorum proprium stilum esse. Qui quum praeter alia in formulis cernatur, ut curiali, quem vocant, certae formulae propriae habentur, monumenta alia aliis formulis insignia sunt. Iam tituli universi in publicos et privatos distribui possunt. Prioris generis sunt acta senatus et populi, decreta universitatum et collegiorum, tabulae magistratuum, catalogi archontum, prytanum, magistratuum, tituli agonistici et gymnastici, donariorum operumque publicorum, denique magna pars titulorum res sacras, militares, honorarias spectantium, ad privatos autem pertinent inscriptiones maximam partem dedicatoriae vel votivae et sepulcrales. Quamquam quum titulorum publicorum et privatorum discrimen nihil in formulis singulare subministret, huius differentiae nulla ratio habenda est. Unde quae libellorum similiora sunt quam titulorum, ut marmor Parium, ut tabula Iliaca, etsi ad epigraphicen sunt referenda, tamen nullum in hâc quaestione locum habere possunt. Igitur stilum epigraphicum qui in artis formam redigere constituit, universam materiam ad sex classes revocabit, in quibus primum de actis reipublicae et universitatum, deinde de catalogis, tum de honoribus et dedicationibus, post de terminis et similibus, denique de titulis sepulcralibus, postremo de inscriptionibus variae supellectilis notisque artificum disseret. V. P. II. Append. I. Quibus expositis non solum stili ratio perspici posse in potissimo quoque genere titulorum sed etiam universus apparatus epigraphices facillime ob oculos poni videtur. Sed ut res litteraria multo latius patet, ita stilus epigraphicus pars est tantum ex stilorum generibus deprompta. Laudare igitur epigraphicen et, quanta vis sit eius in cognoscendis antiquitatibus, expromere neque propositum nobis est neque necessarium. Hoc vero sine ullâ dubitatione affirmaverim, ad cognoscendas antiquitates plus in inscriptionibus praesidii esse quam in nummis. (*) Nam quum ei, qui imperiorum tempora seriemque principum deducere, imagines et deorum cognoscere et hominum, in varias variarum civitatium religiones inquirere constituerit, potissima sint petenda e nummis, tum qui in moribus et institutis populorum, rerum publicarum formis atque administratione, denique

---

ptographiam, architectonographiam, iconographiam, toreumatographiam, angiographiam, bibliographiam.

(*) De utilitate utrorumque magna olim disceptatio fuit. Inscriptionum partes Marq. Gudius, nummorum Ez. Spanhemius secutus est. Cf. Maffei sul paragone delle iscrizioni con le medaglie, in F. A. Zaccariae Institt. antiq. lapid. Venet. 1793. p. 487. sqq.

in rebus privatis civilibusque et sermonis proprietatibus cognoscendis volet operam collocare, plurimum ei valere inscriptiones videbuntur.

2. Itaque quamquam titulorum propria nulla hermeneutica et critica potest ratio adhiberi, tamen monstranda via est, quâ qui velit uti, et cavere discat quae cavenda sint et ad legendos titulos veniat paratior. Nam quum omnis interpretatio et in sensu eruendo dictorum et in iudicandis dictis versetur, ex quibus alterum hermeneutices est, critices alterum, in titulis explicandis, qui plerumque corrupti, laceri, mutili sunt, saepenumero usu venit, ut crisis et intelligentia pugnare inter sese videantur. Quare et divinatione opus est in interpretando et in divinando temperantiâ. Neutrius autem fructus poterit maturus esse, nisi diuturna exercitatio accesserit et usus. In quo non solum grammaticâ interpretatione opus est perpolitâ atque ad omne stili genus accommodatâ, verum etiam historicâ, quâ qui careat neque restituere mutila poterit et in apertissimis saepe labatur necesse est. At vero res grammaticae et historicae non omnes hauriri aliunde possunt, sed sunt haud raro ex ipsis petendae inscriptionibus atque heureticâ quâdam ratione exputandae. Unde quanta sit cautio adhibenda in restituendis titulis, existimari potest.

Quae quum ita sint, quemadmodum apud Platonem (Resp. II. 368. D.) iis, qui non acute cernunt, si quis parvas litteras et procul positas legendas mandasset, operae pretium videri dicitur, easdem litteras alibi in maiori loco scriptas maiores adire, quo facilius intelligi minores possent, ita in rebus epigraphicis vel maxime valet quod praecipitur, a facilioribus capiendum initium esse, priusquam accedas ad difficiliora. Et quemadmodum, qui paucos scriptores lectitarit, is non eam facultatem consecutus putabitur, ut de totius linguae indole iudicare apte possit, ita qui paucas inscriptiones viderit, nullam nobis vidisse videtur, qui multas, paucas.

Quid autem de fide apographorum aestimandâ dicamus? in quibus non minore experientiâ opus est ei, qui, quousque in mutandâ lectione progredi liceat, quae vitia transcribentibus sint, quae lapicidis imputanda, non inepte diiudicare voluerit. Fourmonti, Cyriaci, Pocockii schedas parum cognoverit, qui audaciores iis coniecturas adhibitas miretur. Cf. n. 41. 78. C. Inscr. 91. Sed, ne in negligentioribus solis consistamus, etiam diligentiorem saepe ipsius fallunt vitia marmoris, ut ductus sibi agnoscere videatur, qui non sunt in lapide. Gropii quidem et Gavii apographa eiusmodi sunt, ut, etiamsi hinc inde Graeca non praebeant, tamen formam exactissime referant; in quibus saepe, si ductus quosdam vel separaveris

vel colligaveris, nihil est, quod a formâ nativâ magno opere videatur recedere. C. Inscr. 1. Multum autem interest, peritus linguae sit, qui transcribit an ignarus, otiosus sit an violentus (C. Inscr. 1711.), secundâ luce fruatur an adversâ. Denique in ipsis inscriptionibus sita sunt menda creberrime, neque est cur negemus errasse quadratarios vel pictores (C. Inscr. 916. Add.). Quae res male perspecta nonnullis superstitionem genuit prorsus mirabilem. Satis erit nominasse Koppium, virum cetera doctissimum, qui, ut hoc uno exemplo defungamur (Palaeogr. Crit. P. III. Vol. 1. §. 398.), confisus ductibus tituli mendosissime scripti, qui est C. Inscr. n. 5. haec exsculpsit: ΔΙΣ ΠΕΠΥΓ ΙΔΟΣ ΤΟΙΟΝ ΝΥ ΕΠΑΣΑΤ ΟΧΕΕΝ, quae, si Superis placet, hunc sensum haberent: *bis effugit mortem, qui unum carmen cecinit ut aveheretur.* Cui superstitioni qui addictus est, etiam n. 44. in principio tituli antiquioris Τ addi posse audacter negabit, praesertim quum et alii et Stuartus, testis locupletissimus, (Antt. Att. T. III. p. 53.), integrum titulum pronuntiaverit. Nihilo vero minus neque omitti potuisse litteram istam nisi oscitatione quâdam, et addendam esse certissimum est, eodem iure quo C. Inscr. 160. pr. in ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕΝ littera Σ exterminanda est. (*)

3. Quamquam paucissimi tituli integri supersunt, tamen magna pars eiusmodi est, ut certâ viâ queant restitui; in quo haud raro fieri solet, ut etiam mutilae quaedam inscriptiones altera ex alterâ restituantur, aut aliae partes eiusdem ex aliis, quemadmodum praesertim in tabulis quaestorum Atticis a Boeckhio factum videmus. Cf. infra p. 139. Rarius solet usu venire, ut ex diversis fragmentis commissis integrae restituantur, quod quum Letronnius (Journ. d. Sav. 1832. p. 545. Rech. sur l'Ég. p. 42. sqq.) tum Boeckhius (C. Inscr. n. 141. 278.) praestitit. Sed ut in his rebus multum valet et ingenium et fortuna, ita in nonnullis titulis mutilis, de quibus difficile est quidquam statuere, quo quis exercitatior in hoc genere sit, eo promptius habebit ponere, unde fragmentum quodam modo intelligi posse videatur (C. Inscr. n. 73ᵉ. in Add.). Ac saepenumero contenti esse debemus, si, quod titulorum consilium fuerit et argumentum, invenerimus (cf.

(*) Exempla correctionum a quadratariis ipsis factarum hinc inde deprehenduntur, ut n. 24. cf. Boiss. Comm. epigr. in Holsten. epist. p. 449. Quae errata sunt, interdum punctis notantur, ut in tab. Borgian. cf. Voll. Herculan. Winckelm. II. p. 243. In lapide fere exsculpuntur; v. Beaufort. Karamania p. 155. 216. In quo memorabilia sunt exsculpta odio vel publico instituto nomina imperatorum quorundam, ut M. Aur. Commodi (Letronn. Rech. sur l'Ég. p. 475.) et inprimis Getae (n. 139. C. Inscr. 1625. 2091.), Diocletiani (n. 150.), Galli (C. Inscr. 2744.).

n. 45.). In quo si latitudinem scripturae et longitudinem indagemus, cavendum est, ne a lapidis mensurâ nobis imponi patiamur. Nam haud raro eandem inscriptionem per plures lapides continuatam repperimus (C. Inscr. n. 1688.). Unde in multis titulis nisi is, qui transcripsit, tradiderit, quantum spatium scriptura occupaverit, quoque lapidis loco substiterit, saepe anceps coniectura sit necesse est. Ceterum etiam in inscriptionibus melius conservatis videndum est, integer sit titulus necne, et quantum et quâ in parte abscissum sit vel corrosum, quemadmodum titulum C. Inscr. n. 160. qui antea integer est habitus, Boeckhius docuit dimidiatum esse; de cuius rei veritate nihil detrahit, qui lapidem integrum esse contenderit, ob eam ipsam causam, quam paullo ante memoravimus.

4. Saepenumero in his orta controversia est, carmine esset titulus an solutâ oratione conceptus, ac, si versus, utrum fortuitus esset an meditatus. Id vero quomodo diiudicandum sit, non difficile videbitur ei, qui aures habeat orationi poëticae assuetas. Quamquam veram rationem ipsorum usus titulorum docebit. Nam quae in titulis sunt poëtice tentata potius, quam composita, ea ad normam poëtarum velle redigere, magna amentia videtur. Patet enim, ubi neque in structurâ sit quidquam neque in collocatione vocabulorum insolentius, vel quod usum referat poëticum, fortuitum versum censeri oportere, ut C. Inscr. n. 893. Ναυσικρίτη Κηφισοδώρου Σηττία; contra ubi formae collocatioque vocabulorum abhorrere ab oratione solutâ videantur atque in brevem dictionem contorta sententia sit, versum meditatum statui convenire, ut verba Olympio Phidiae Iovi subscripta (Paus. V. 10. 2.): Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐπόησε, in quo non solum vox υἱός sed etiam appositum pronomen μὲ versum esse meditatum evincit. cf. n. 28. 29. 44. C. Inscr. n. 5. 1177. Titulus Crissaeus C. Inscr. n. 1. an non metricus sit, equidem me fateor dubitare. Metricam formam praesertim in donariis licet deprehendi retentam illam quidem ex eâ aetate, quâ Graeci solutâ oratione in rebus solemnioribus non sunt soliti uti. Moris fuit, ubi verba non omnia intrarint versum, partem certe metro concludere. Rem conficit Paus. V. 27. 1.

Φόρμις ἀνέθηκεν
Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος

cf. Paus. VI. 14. 5. X. 7. 1. C. Inscr. n. 456. Atque hinc de n. 27. 43. existimes licet. Cf. C. Inscr. I. Add. p. 883. Ceterum constat in huiusmodi versibus magno opere variari. Sic ternis versibus heroicis unus additur elegiacus C. Inscr. n. 85. 1001. 1080. cf. Welcker. Syll. p. 193. Diar. Archaeol.

Hal. 1837. p. 149. n. 9. Neque heptameter Stesichoreus et octameter inter hexametros sine exemplo est C. Inscr. n. 808. cf. Welcker. Syll. n. 15. Et nominibus propriis, quae non intrabant versum, ita prospiciebant peritiores, ut metrum mutarent. Hinc Critias (Hephaest. p. 22. ed. Gaisf.) praeter regulam senarium iambicum elegiacis inseruit:

Καὶ νῦν Κλεινίου υἱὸν Ἀθηναῖον στεφανώσω
Ἀλκιβιάδην νέοισιν ὑμνήσας τρόποις.

cf. C. Inscr. n. 411. *b.* in Add. Audacius is, qui scripsit (Diar. Archaeol. Hal. 1837. p. 118. n. 5.)

Ἐνθάδε τὴν ἀγαθὴν καὶ σώφρονα γαῖ᾽ ἐκάλυψεν
Ἀρχεστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην.

Vitiosa aetas sequior suppeditat, ut C. Inscr. n. 863. *b.* in Add.

Κῶς μέν μοι πατρίς ἐστιν· ἐγὼ δ᾽ ὄνομα Νεικομήδης. (*)

Haec nominum propriorum difficultas aetate Romanâ etiam ita removebatur, ut nomen inter binos versus divideretur, quemadmodum est in titulo Romano (Falconer. Inscr. Athlett. p. 127. sq.):

Θῆκε δ᾽ ὁμοῦ νεύρων τε κακῶν ζωάγρια Νικο-
μήδης καὶ χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων.

Denique memorabiles sunt interpolationes metrum corrumpentes, C. Inscr. n. 954. 1064. quas Jacobsius recte iudicat neque a poëtis profectas videri neque a quadratariis, sed ab iis, qui illas inscriptiones faciendas curaverunt, plerumque perspicuitatis causa. Ad barbariem vero referendi tituli sunt ex oratione solutâ et membris carminis conflati, ut C. Inscr. n. 2211. 2372.

5. Superest ut de titulis bilinguibus videndum sit. Horum notitia usque ad Darii tempora redit; qui omnium, quas ducebat, gentium nomina insculpi iussit litteris Assyriis et graecis (Herod. IV. 87.). Sed usum quum Macedonum imperium tum Romanorum inprimis movisse videtur. Et consentaneum est titulis barbaris versionem graecam apponi aetate eâ, qua lingua graeca celeberrima erat. Ex quo genere supersunt tituli linguâ phoeniciâ concepti (C. Inscr. n. 859. 894. ap. Gesen. Mon. Phoen. P. I.

(*) Quamquam hoc quidem non eiusmodi est, ut explicari non possit. Quippe dactyli altera pars videri potest in tres moras soluta (ὄνομα) musicae rationi ♪♪♪ respondere et Νεικομήδης ita proferri ut syllaba secunda producatur, siquidem liquida μ haud raro vim producendi habet vel simplex posita vel duplicata (ut φιλομειδής – φιλομμειδής). Sed verendum utique ne is, qui versum fecit, ita potius legerit: ἐγὼ δ᾽ ὄνομα Νεικ᾽μήδης. cf. p. 248. not. 1.

p. 113. sqq. P. III. tab. 9. 10. et tit. Melitens. ibid. P. I. p. 93. sq. P. III. tab. 6.), lyciâ (G. F. Grotefend Remarks on some inscriptions found in Lycia and Phrygia, in Transactt. of the Royal Asiatic Society. Vol. III. P. II. 1833. p. 317. sqq.), scripturâ hieroglyphicâ et demoticâ (v. lap. Rosett. expl. a Drumanno. 1823. cf. Kosegarten de priscâ Aegypt. litt. 1828.), linguâ latinâ (C. Inscr. n. 1537. 2958. 2959. 2971. cf. decret. I. Caes. ap. Ioseph. arch. XIV. X. 3. et monum. Ancyran. Monatsbericht d. Berl. Akademie v. Juni 1839.).

II.

DE COLLECTIONIBUS INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

§. 1. Omissis scriptoribus ab Herodoto usque ad Cosmam Indopleusten et hoc recentioribus, qui inscriptionum hinc inde mentionem faciunt, principem nominamus Philochorum Atheniensem, vatem et haruspicem, Olymp. 118-129. virum de antiquitate Atticâ inprimis meritum, qui edidit ἐπιγράμματα Ἀττικά (Suid.). Successit huic Polemo Euergeti f. Graecanicus, periegetes, Aristophanis Byzantii aequalis, ob indefessum inscriptionum studium Στηλοκόπας vocatus (Athen. VI. p. 234. C. sq. 235. B.), qui scripsit περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων (Athen. X. p. 436. D. p. 442. E.), περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων (Athen. XIII. p. 574. C.), περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως s. περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει (Strab. IX. p. 396. Athen. XI. p. 472. B.). Deinde Aristodemus, rerum Thebanarum scriptor, περὶ τῶν Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων (Schol. Apoll. Rhod. II. 906. cf. Valcken. ad Schol. Eur. Phoen. p. 114. sq. et Boeckh. Praef. Schol. Pind. p. XIV.). Tum Alcetas περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων (Athen. XIII. p. 591. C.), Menetor περὶ ἀναθημάτων (Athen. XIII. p. 594. D.), Apellas Ponticus (ex coni. Dorvill. Misc. Obss. VII. p. 28.), Neoptolemus Parianus περὶ ἐπιγραμμάτων (Athen. X. p. 454. E.). Ex quibus postea profecerunt Anthologiarum conditores. (cf. de scriptoribus Reines. Synt. inscr. praef. et Jacobs. Prolegg. Anthol. p. XXXIV. sq. Preller Polemonis fragm. 1838.). Praeterea huc pertinent Heliodorus περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι τριπόδων (Harpocr. v. Ὀνήτωρ. cf. Corp. Inscr. n. 211.), Didascaliae, ex inscriptionibus potissimum collectae (v. Corp. Inscr. ad n. 229.), et Crateri Macedonis ψηφισμάτων συναγωγὴ s. περὶ ψηφισμάτων (Harpocr. v. ὅτι διαμαρτάνει. Schol. Aristoph. Ran. 323. Plutarch. Aristid. 26. coll. Steph. Byz. v. Χαλκεῖα, Χαλκητόριον, Τυρέδιζα, Καρήνη, Ἀρταῖα, Ληψήμανδρος. Harpocr. v. Ἄνδρων, ναυτοδίκαι, Νύμφαιον, ἀρκτεῦσαι. Phot. v. ναυτοδίκαι. Phot. et Suid. v. Νύμφαιον. Poll. VIII, 126. Schol. Aristoph. Av. 1073.). Quorum decretorum magna certe pars Boeckhio visa est ex inscriptionibus, reliqua ex tabulario Attico petita (v. Oecon. civ. Ath. I, p. 213.). Nec dissimile veri, ex Crateri similibusque collectionibus eos hausisse, qui Attica nobis decreta conservarunt magnam partem oratoribus inserta (v. Demosth.

de Cor. Vitas X rhetorum. Boeckh. Commentat. de archontibus pseudeponymis). Ceterum titulis alii quoque scriptores usi sunt, ut Diyllus Atheniensis (Plut. de malign. Herod. c. 26.), ut Isocrates, qui proxeniam et centum minarum donum ab Atheniensibus Pindaro datum (περὶ ἀντιδόσ. p. 87. ed. Orell.) ex decreto novit tali, qualia plurima supersunt lapidibus incisa. Quam vero Theopompus memorat inscriptionem ad foedus quod vocatur Cimonium pertinentem, eam ille ipse utpote litteris Ionicis exaratam, fictam iudicabat (Harpocr. v. Ἀττικοῖς γράμμασιν). Easdem inducias a Cratero servatas cum Theopompo subditicias iudicarat Callisthenes (Plut. Cim. 13. et de hac pace vid. quae nuper disputavit Krüger Historisch-Philolog. Stud. p. 78-143.). Postremo Timaeus Siculus ob inscriptionum studium celebratur a Polybio (XII, 12, 2.).

2. At vero quae per barbaras aetates perdurarunt inscriptiones, iis colligendis initio saeculi XV. primus operam dedit Cyriacus Anconitanus, cuius schedae etiamnunc Romae exstant in bibliothecâ Barberinâ. Huic successerunt ad nostram usque aetatem plurimorum doctorum curae, quarum minimam partem ampliora Gruteri, Reinesii, Sponii, Fabretti, Muratorii, Donii, Donati, aliorum opera ex graecis latinisque titulis mixta comprehendunt. Universam lateque sparsam materiam in unum corpus colligendam superiori saeculo susceperat Scipio Maffeius (*Prospectus universalis collectionis latinarum veterum ac graecarum, ethnicarum et Christianarum inscriptionum, quem nova Veronensis societas totius Europae doctis reiquè antiquariae studiosis hominibus exhibet ac proponit.* a. 1732. folio volante italice et latine editus; idem gallice exstat in Bibliothèque Italique T. XV. p. 84. et latine recusus est a. 1746. a Iul. Caes. Becellio in fine libelli Maffeiani de Graecorum siglis lapidariis p. 121. sq. cf. Maffeium Osservaz. letter. I. p. 243.). Sed nec Maffeius quod instituerat persecutus est (v. Mus. Veron. Praef. p. VII.), nec Ios. Garcanius (Martini ad Ernesti Archaeol. p. 217.) universalem inscriptionum collectionem meditatus promisso stetit, nec denique Ignat. M. Raponius susceptam graecarum inscriptionum adornationem perfecit (*Ign. M. Raponi Romani de epigrammate Graeco Romae in Coelimontanis Matthaeiorum hortis exstante ad Cl. V. Rich. Chandler. Angl.* Velitr. 1788. 4°.). Recensum librorum, in quibus tractantur tituli, vid. ap. Christ. in commentatt. de litt. et art. antiq. ed. Zeune, 1776. p. 126. sqq. Ad augendam interim supellectilem contulerunt R. Pococke, Inscr. ant. graec. et lat. Lond. 1752. fol. — P. M. Paciaudi, Monumenta Peloponnesiaca, Rom. 1761. Tomi II. 4°. — Ben. Passionei, Inscr. antiche. Lucc. 1763. fol. Princeps Torremuzza, le antiche iscrizioni

di Palermo, Pal. 1762. fol. Eiusd. Siciliae et obiacentium insularum veterum inscriptionum nova collectio, Panorm. 1769. fol. — Rich. Chandler, Inscriptt. antiquae pleraeque nondum editae in Asia minore et Graecia, praesertim Athenis collectae, Oxon. 1774. fol. Fr. Osanni sylloge Inscr. ant. graec. et latin. Ienae (postea Darmst.) 1822. VIII. fasc. fol. — H. I. Rose, inscriptiones graecae vetustissimae, Cantabr. 1825. 8. — C. Viduae, Inscr. antiquae in Turcico itinere collectae, Paris. 1827. 8. — L. Rossius, Inscriptiones graecae ineditae. fasc. I. Naupl. 1834. Praeterea inter principes titulorum investigatores nominandus est Leakius Britannus, qui inscriptiones a se repertas cum notis sparsit quum in aliis collectionibus (v. Itin. Pelop. et As.), tum in Walpolii opere, quod inscribitur *Travels*.

Itaque quum Academiae litterarum regiae Borussicae classis historica et philologica opus Graecas inscriptiones omnes complectens deesse videret, ante annos plus quam viginti constituit Corpus Inscriptionum Graecarum edere, cuius operis quum curam aliquot ex sociis iniuncta esset, ut Buttmanno, Schleiermachero, Bekkero, tum adornationis provincia Boeckhio demandata est. Huius eximii operis ad hunc usque diem voluminis secundi duo fasciculi in lucem prodierunt. Sed, ut fere fit in materiâ, in quâ aetas semper nova solet atque auctiora proferre, vel inter scribendum Boeckhio magna ineditorum titulorum copia subministrata est, ut spes sit resurgente praesertim Graeciâ, quum totum opus absolutum fuerit, fore ut supplementa satis ampla addi possint.

III.

DE ORIGINE ALPHABETI GRAECI.

1. De litterarum origine ut variae sunt veterum opiniones, ita poëtarum fabulis grammaticorumque commentis etiam difficilior facta disquisitio est.

Palamedi a Stesichoro (fragm. 38.) tributam esse inventionem litterarum docet Schol. ap. Bekk. Anecd. II. p. 786. 783. Cum quo consentit Euripides Palamed. fragm. Dindorf. p. 104. Gorg. declam. p. 690. Alcid. p. 671. Lucian. ind. vocal. 5. Dio Chrysost. XIII. p. 428. R. Fragm. Uffenb. p. 667. Hygin. fab. CCLXXIV. Themist. or. IV. p. 60. A. *τοὺς τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργούς.* Sedecim litteras a Palamede inventas esse dicunt Tacit. Annal. XI. 14. Cedren. (Casaub. ad Suet. Claud. 41.) et Tzetz. Chil. V. Exeg. in Il. p. 46. 77. Theodos. Gram. p. 1. Septendecim litteras eidem tribuit Schol. Eurip. Orest. 432. *οὗτος ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι ιζ′ γράμματα, μήπω τότε ὄντα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασιν ἐχρῶντο οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοι δὲ ἄλλοις.* Undecim Hygin. fab. 277. Sed quum per totam antiquitatem fere constans fama esset, litteras Graecas per Cadmum innotuisse, alii aliter rem expedire instituerunt, ut Athanas. or. c. gentt. c. 18. p. 16. *γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες — τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν — Παλαμήδης ἐφεῦρεν.* Quod ex Aeschylo (Prom. 458.) adumbratum videtur Jahnio (Palamed. p. 24.). Anonym. in Cod. Vat. 711. fol. 97. B. ap. Walz. ad Arsen. Viol. p. 463. *χρὴ εἰδέναι ὅτι πρότερον Ἕλληνες Φοινικοῖς ἐχρῶντο γράμμασιν· ὕστερον δὲ ἐλθὼν ὁ Παλαμήδης ἀνὴρ εὖ εἰδὼς καὶ πάσης ἐπιστήμης ἔμπλεως, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ α δέκα ἓξ μόνα στοιχεῖα εὗρε τοῖς Ἕλλησιν: α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ καὶ υ.* Quumque initio sedecim tantum litteras a Cadmo traditas legerent, ita Palamedis inventioni prospiciebant, ut post Cadmum ab eo reliquas vel omnes vel partim inventas dicerent. Quattuor litteras Palamedi tribuit Plutarch. symp. IX. 3. T. VIII. p. 946. R. quae sunt ΖΘΦΧ (Bekk. Anecd. II. p. 782.) — ΖΓΦΧ (Suid. v. Παλαμήδης, et Hesych. Miles. p. 44. Or.) — ΗΨΦΧ (Max. Victorin. Art. Gram. p. 1944. P. 276. L. et Erotemm. Gramm. ex Max. Victorin. in Endlicheri Anall. Gramm. p. 199.) — ΘΦΧΞ (Schol. Greg. Naz. ad Stelit. I. p. 66. Plin. H. N. VII. 56.). Tres litterae eidem tribuuntur ΗΧΩ Isidor. Origg. III, 1, 6. — ΘΦΧ (Serv. ad Virg. Aen. II. 86. *secundum quos-*

dam ipse repperit litteras; quae res si forte sit dubia, tamen certum est, ΘΦΧ *ab hoc inventas cum aspiratione*). Cum Isid. quodam modo consentit Irenaeus adv. Haeret. I, 15, 4. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ, ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι. Cf. Constant. Lascaris προλεγόμενα τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως in marmoribus Taurinensibus T. I. p. 98. Et quae littera Φ ab his Palamedi tribuitur, huius inveniendae occasionem agmen gruum praetervolantium dedisse fertur (Philostr. Her. X, 3. Auson. XII. de litt. mon. 25. Martial. XIII, 75. Cf. Nemes. fragm. de aucup. 15. Bochart. Hieroz. II. 1. c. 11.). Ceterum Palamedem non invenisse litteras Tzetzes eo sibi argumento visus est demonstrasse, quod ante eum oraculum quoddam litteris perscriptum fuisset (Chil. V. 804. sqq. X. 442. sq. cf. XII. 36-124.).

Atque ut Palamedi Stesichorus, ita alii aliis inventionem litterarum tribuerunt aut universam aut cum quadam restrictione, ut Prometheo (Aeschyl. Prom. 469.), Orpheo (Alcid. c. Palam. p. 75. T. VIII. Reiske, cf. Lobeck. Aglaoph. p. 234.), Musaeo (ap. Schol. in Bekk. Anecd. II. p. 783.), Theuth-Hermae (Plat. Phaedr. 274. Diod. I. 15. Plutarch. Symp. IX. quaest. 3. Gell. ap. Plin. VII, 57.), Menoni cuidam in Aegypto XV annis ante Phoroneum antiquissimum Graeciae regem (Anticl. ap. Plin. l. c. cf. Bekk. Anecd. II. p. 783. et Tacit. Annal. XI, 14. qui idem ex Aegypto repetit litteras ut deinceps a Phoenicibus propagatas), Lino (Diod. III. 67. ex fabb. Libyc. suffragante Dionysio Milesio; ex alio scriptore idem III, 66. refert Linum litteras a Cadmo e Phoenicià in Graeciam allatas ad Graecorum dialectum transformasse suumque singulis constituisse nomen characteresque affinxisse; unde litteras communi quidem Phoeniciarum appellatione comprehendi, quod ad Graecos e Phoenicià fuerint allatae, sed postea Pelasgicarum, quum hisce characteribus transformatis primi sint usi Pelasgi (cf. Wessel. ad h. l. et Perizon. ad Aelian. V. H. III, 23. Suid. v. λίνον. Eudoc. p. 282. Zenob. Καδμεία νίκη. Theocr. Idyll. XXIV, 104., quae fabula quomodo nata sit, optime docuit Ambrosch. in dissert. de Lino p. 11.), postremo Cecropi (Tacit. Annal. XI, 14. de fabulâ Cecropis v. Müll. Orchom. p. 106. sq.).

Denique quas litteras alii Palamedi tribuunt, eas alii a Simonide (*) vel Epicharmo inventas esse volunt, ut Simonidi tribuuntur ΘΦΧ a Mario

(*) Simonides Ceus est, non Amorginus, ut testatur Plin. l. c. Melicum eum i. e. μελοποιὸν appellans. Cf. Interpr. ad Hygin. fabb. 277.

Victorin. p. 2459. Cadmo Milesio a Tzetze Chil. V. 810. ΖΞΨ Simonidi ab Eustath. ΖΗΨΩ a Plin. VII. 56. (pro Ζ Suid. et Salmas. Ξ ab eo additam statuunt), Epicharmo autem ΖΞΨ a Tzetze l. c. et Moschop. p. 18. ed. Titze, ΘΧ ab Aristotele ap. Plin. l. c.

Omnino Graeci alphabeti ut certa primordia sunt in origine Phoeniciâ, ita certus terminus in litteraturâ Ionicâ s. Simonideâ. Quae inter utrumque a veteribus ponuntur, incerta omnia et fabulosa. Et quamquam omnes fere in litterarum numero primitivo XVI. conveniunt (Plutarch. symp. quaest. θ' ed. Hutt. XI. p. 404. Plin. VII. 57. Tacit. XI, 14. cf. Cedren. l. c. et Tzetz. Chil. V. dein XII, 61. sq. τῶν συγγραμμάτων πρῶτον μὲν ἐχόντων ἓξ καὶ δέκα, εἶτα ἐννεακαίδεκα τὰ σύμπαντα στοιχεῖα, καὶ καθεξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιτεσσάρων. cf. Bekk. Anecd. II. p. 780. Scalig. ad Euseb. sub fin. dissertat. quae incipit p. 102.), tamen et Aristoteli refragantur, qui posuit XVIII, et quum ipsi inter se dissentiunt de litteris additiciis, tum etiam ab iis, quae Aristoteli tribuere Plinius videtur, longius discedunt, ut ille in priscis numerat Ζ, quod Palamedi ab Hesychio, Epicharmo a Tzetze aliisque (Bekk. Anecd. II. p. 782.), Simonidi a Plinio et Eustathio tribuitur; Ξ Palamedi a Plinio, Epicharmo a Tzetze, Simonidi a Suidâ et Eustathio; Φ in priscis ab Aristotele (si modo ab ipso litterarum dinumeratio profecta est) numeratur, dum consonae aspiratae omnes Palamedi a Plinio plurimisque grammaticis, Simonidi a Mario Victorino, Cadmo Milesio a Tzetze tribuuntur. Denique ipsum Ͱ ab Hesychio in additiciis refertur, nisi ibi Θ scriptum fuisse existimaveris.

Ut paucis defungamur, Grammatici variis modis decepti a poëtis quum errore ipsorum proprio βαῦ F et spiritus notam Η litteras esse negarent (Bekk. Anecd. II. p. 777.), Θ autem una cum ΦΧ, et Ζ una cum ΞΨ inventas esse sibi persuaderent (Bekk. Anecd. II. p. 780.), de alphabeto prorsus commenticio verba faciunt, quod elementis sedecim numero constare arbitrantur:

α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ

Ac ne Aristotelem quidem, si modo ab ipso litterae istae proficiscuntur, quas Plinii libri offerunt, opinione quadam praeiudicata absolvere possumus. Ponamus illos alphabetum Atticum respexisse. Falsos esse ex iis, quae sequuntur, apparebit. Nam quum ex alphabeto Phoenicio titulisque vetustissimis appareat fuisse elementa, quae a Grammaticis nec pro primitivis sint nec pro additiciis habita, inde sequi videtur, numquam eos ad fontem, ex quo haurire deberent, rediisse.

2. His praemissis ad causam ipsam accedamus. Litteras Graecas ex Oriente advectas Phoenicibus deberi inter omnes constat. V. Herodot. V, 58. Critias ap. Athen. I. 22. coll. Eustath. ad Odyss. ξ'. p. 1771. Plin. H. N. V. 12. Diod. III, 66. coll. V, 74. et Wessel. Clem. Alex. Strom. I. p. 306. D. ed. Col. Hesych. v. φοινικίοις, φοινικήια, φοινίκια, et Suid. v. γράμματα coll. Hesych. v. ἐκφοινῖξαι. Tatian. or. ad Graec. I. cf. Vofs. Art. Gram. I, 10. Bochart. de Col. Phoen. I, 20. Scalig. ad Euseb. p. 103. Montefalc. de Palaeogr. gr. p. 117. sq. Gesen. Monum. Phoen. p. 65. Non commoramur in iis, quae de litterarum origine et propagatione ex fabulosâ Pelasgorum historiâ (cf. Knight. p. 119-123. Rochett. p. 67-87.) neque in iis, quae de Cadmo narrantur, quem umquam fuisse hodie iam nemo crediderit. V. Müller. Orchom. p. 113. sqq. Illud nobis persuasum est in iis artibus, quas a Phoenicibus ad Graecos allatas Homeri aetate vult Müllerus (Orchom. p. 113. sq.), artem scriptoriam referri non posse. Nam, utcumque statueris de aetate Homeri (cf. § 4.), tempore belli Troiani litteraturam quantumvis raram obtinuisse negari non potest, nisi antiquo illi aevo idem velis exprobrari, quod tragicis Palamedem gloriosum in scenam producentibus exprobravit Plato (Resp. VII, 6. p. 522. D.). Ex Herodoti sententiâ litteratura Phoenicia Graecis ea aetate innotuit, qua Pelasgi Attici ab Ione denominationem habuerunt. Unde apparet falli eos, qui rem ad tempora post Heraclidarum reditum detrudi oportere arbitrentur. Nec tamen defuerunt, qui Pelasgis aliisque Graeciae gentibus vel ante Cadmi creditum in Graeciam adventum cognita fuisse crederent (Bekk. Anecd. II. p. 783. cf. Nitzsch. Hist. Hom. I. p. 78. sq.). Unde fama, Pelasgos primos alphabetum Phoenicium recepisse (Dionys. ap. Diod. III, 67.) eosque litteras a Deucaleonei diluvii clade servasse (Eustath. Il. β'. 358. Bekk. Anecd. II. p. 785.). Quâ fabulâ cum Lino compositâ atque uno Zenobii testimonio fretus Bouherius (in calce Montef. Palaeogr.) studebat evincere, Linum non Phoenicias litteras docuisse sed Pelasgicas et eas quidem Phoeniciis a Cadmo allatis antiquiores, quas Cadmus vi demovisset. Sed fabulis nihil proficimus, et nomen Πελασγικῶν γραμμάτων ab Herodoti aemulis inventum videtur. Alphabeti Phoenicii omnes viginti duas litteras cum antiquis graecis congruere, nisi quod sibilantia sedes suas in alphabeto graeco permutarint, hodie nemo est qui ignoret. Cf. Boeckh, Oecon. civ. Ath. II. p. 386. Gesen. Mon. Phoen. p. 65. tab. I. coll. Eckh. D. N. III. p. 404. et inprimis Swinton. Inscriptt. Cit. Oxon. 1750. Littera βαῦ ꟻ (δίγαμμα postea vocatum, vid. *Herb. Marsh. Horae Pelasgicae*) in utroque alphabeto sexta, Chēt 𐤇 octava, quae primum spiritui aspero

designando inserviit, deinde in vocalem ἦτα vertit, non secus quam α natum est ex Aleph, ε ex He, ι ex Iod, ο ex Ain, quae omnes in linguâ Phoeniciâ proprie consonae fuerunt (v. Gesen. l. c. et Boeckh. ad inscriptt. Ther.); undevigesima Koppa Ϙ tum figurâ et potestate, tum nomine Koph phoenicio respondens, quae sedem suam in latino alphabeto retinuit, apud gentes quasdam Graeciae mature in supervacaneis habita. Cf. voc. κοππατίας et Schol. Aristoph. Nub. 23. c. interpr. Boettiger. Vasengemälde. I. 124. Annal. Inst. Archaeol. Rom. I, 317. Quemadmodum autem κόππα et κάππα, ita etiam litterarum Samech = σίγμα et Schin = σὰν (Athen. X. p. 454. f. 467. a.) forma et potestas mature Graecis in unum coaluerunt. Quippe litterae Sigma forma a Phoenicio Samech petita haec fuit Ʃ. San autem ut sono et nomine ita formâ phoenicio Schin (W — M) respondebat. Mox quum pinguior sonus litterae σὰν rarius audiretur, ambo in unam litteram coaluerunt a Ionibus σίγμα appellatam atque in sede litterae σὰν repositam. Sed Dores diutius litteram σ in certis vocibus pinguiore sono pronuntiasse eamque nomine σὰν nuncupasse verisimile est (Herodot. I. 139.), donec sonus iste rusticus et spurius (σὰν κίβδαλον Pind. ap. Athen. XI. p. 467.) prorsus eiceretur (cf. Pars I. cap. I. §. 3.). Quo facto utrumque nomen (σίγμα et σὰν) et utriusque litterae figurae (Ʃ et M) promiscue de eodem sono coepta sunt usurpari (v. Gesen. l. c. p. 66.). Postea receptâ numeratione litterali, una cum βαῦ et κόππα etiam σὰν in alphabetum revocatum est, cuius ut nomen σανπῖ lusui grammatico debetur (nam Ͽ ita natum videtur, ut inverso C inscripta sit littera Π), ita hoc ἐπίσημον casu quodam post ultimam litteram alphabeti Ionici repositum numerum 900 significat. V. Boeckh. Oecon. civ. Ath. II. p. 386. Eckh. D. N. IV, p. 384. sqq. et voc. σαμφόρας ap. Aristoph. coll. Schol. et Interpr. — Denique quae supersunt sibilantia Sain et Zade, eorum alterum (Sain) graeco ξῖ, alterum (Zade) graeco ζῆτα respondet. Quod, licet propter figuram litterarum potestatemque improbatum a Gesenio l. c., si nomina ipsa respexeris, verissimum est. Nihil enim obstat, quominus permutationem quandam litterarum Phoeniciarum a Graecis ipsis profectam esse statuamus; id quod et figura Phoenicia Z suadet et zeta Graecorum ab initio, ut videtur, suo loco relictum, quippe cuius nomen ad analogiam vicinorum (eta, theta) formatum sit. cf. Baeumlein de primit. alph. gr. p. 23. Itaque littera ξῖ, quam antiquissimam esse vel ex situ, quem in alphabeto occupavit, intelligi potest, in locum litterae Samech cessisse putanda est, quum σὰν etiam litteram σίγμα in sedem suam recepisset. De ceterarum litterarum nominibus cf. Gesen. l. c. p. 67.

Alphabetum igitur Phoenicium cum graeco antiquissimo ita fere procedit:

Aleph		A	A
Beth			B
Gimel			Γ
Daleth		◁	D ▷ ▷
He			E
Vau			F
Sain	Z	. .	. . (I)
Chet		B	B
Tet	⊗ θ	⊗	⊗
Iod			
Caph			K
Lamed		V	V L
Mem		M	M
Nun		N	N
Samech			(postea + vel ⊞)
Ain	O ⊙	⊙	⊙
Phe			Γ
Zade		. .	. .
Koph		ϙ	ϙ
Resch		Я	P R
Schin	W	M	M
Tau		T	T

Litteris graecis initio eandem figuram fuisse quam Phoeniciis, mox una cum linguâ etiam modum litterarum figuramque ab ipsis Phoenicibus paullum immutatam esse tradit Herodotus (V. 58.). Et temporis progressu ipsos Iones aliquantulum variasse in litteris idem auctor est. Quas mutationes hodie qui velit indagare, vereor ne operam ludat (cf. tamen Bacuml. l. c. p. 37. sq.). Nec minus incompertum est, quot qualibusque primum litteris Graeci usi sint. (*) Atque Iones quidem etsi huius quoque praeclarae rei utilitatem primos animadvertisse ad eamque studium et ingenium suum contulisse facile concedimus, tamen eorum commercio litterarum Phoeniciarum cognitionem Graecos debuisse (ut putat Müller. Diar. litt. Gott. 1831. n. 31. p. 299.) obstinate negamus. Nam quum vel ante Iones commercio florentes a ceteris Graecis haec cognitio abiudicari non possit, tum alphabetum Phoenicium non ab una gente per Graeciam propagatum sed in diversis regionibus ab ipsis Phoenicibus sparsum esse pluribus ex indiciis colligas.

3. Ex alphabeto igitur Phoenicio quum Aeoles Doresque pleraque omnia deprompserint, Iones qui Atticam incolebant, has potissimum litteras videntur frequentasse:

A B Λ D E I 8 ⊕ I K Ⳑ M N O Γ R Ϟ T

Neque enim Plinii verba, opinor, recte interpretabimur (H. N. VII. 58.), si priscos Atticos T8 pro ⊕ scripsisse putemus; id quod neque ex inscriptionibus (**) neque ex nummis demonstrari potest (v. Corp. Inscr. I. p. 6.), nec nisi Grammatici et lingua latina factum testantur (Dionys. Thrac. Bekk. Anecd. II. p. 780. Mar. Victorin. p. 2459. Priscian. p. 542. lib. I. de numero litterarum); neque fidem habemus Plinio, qui Aristotelem refert litteram Θ ab Epicharmo quam a Palamede additam maluisse. Nam quum appareat eam ex alphabeto Phoenicio ad Graecos transiisse, tum obtinuisse in alphabeto vetustissimo, in quo ΓH et KH (pro Φ et X), inscriptiones Theraeae docent (v. paullo post). At, inquies, cur non ante Theraeum alphabetum exstiterit aliud, quod litterâ ⊗ caruerit? Hoc primum probabile non est vel propter locum, quem ⊗ in alphabeto occupavit. Neve mihi obiicias litteram ξῖ, quam antiquissimis temporibus quum Samech (σίγμα) in locum litterae Schin (σάν) cessisset, illius sedem occupasse apertum est. Deinde antiquius Theraeo alphabetum Grammatici non cognoverunt, qui primam aetatem litterâ

(*) Ad illam aetatem Grammaticos qui de XVI litteris somniant, non respexisse, non est cur moneamus.

(**) Cave tibi imponi patiaris a titulo male transscripto Corp. Inscr. n. 2057.

Y terminarint (v. infra 5.). Quippe Grammatici si litteram Θ una cum Φ et X inventam tradiderunt, id censendi sunt fecisse propterea, quod aspiratas omnes eodem modo natas crederent. Atque ut aspiratas, ita duplicem Ψ nasci sine Ξ et Z non potuisse rebantur. Unde has quoque litteras in additiciis posuerunt. Atqui litterâ I s. Z, quae in numero duplicium consonarum male recensetur, quidquid obnitatur Hemsterh. ad Lucian. iud. vocal. p.316. (*), ne Homerus quidem carere potuit. Nec dubium est, quum ei litterae in dialectis Δ vel ϟΔ vel ΔΔ substituantur (v. ad n.17. coll. Corp. Inscr. II. p.724. Müll. Dor. II. p.521.) quin statim initio ab Ionibus fuerit frequentata. Id quod vel titulus vetustissimus in galeâ votivâ (Corp. Inscr. n.30. nobis ad n.21.) probabile reddit. Sed inde non sequitur litteram Z repudiatam esse ab Aeolibus et Doribus; qui eam non solum in alphabeto habuerunt (v. vascul. alphab. M. Graeciae. p.21.), sed etiam in litteris adhibuerunt, ut docet nomen *Ζέννυξος* in fragmento tituli Lesbiaci optimae aetatis (Corp. Inscr. n.2167.) et inscriptio Cumaea ex aetate Augusti, in qua semel *ὀνυμάσδεσθαι*, saepius *νομίζων* et similia.

Atque in tantâ iacturâ titulorum, quâ iustum unius aetatis uniusque populi alphabetum construi vix potest, cognitio veteris litteraturae sane eximium incrementum cepit repertis inscriptionibus Theraeis (n.1-20.). Quippe alphabetum Theraeum, in quo quod digamma et sibilantia quaedam non occurrunt, casui tribuendum est, totum, si Y ibi obvium exceperis, Phoenicium est. Inest Chet (B) spiritum asperum simul et vocalem longam designans (vocalis brevis E pro longâ B in n.1.*a*. et n.5. habetur; sed n.18. incertum quid significet; vocalis Ω litterâ O exprimitur; quae res aetatem prodit, quâ littera Chet ad vim vocalis exprimendam inclinabat); inest Theta ⊕, deficientibus Φ et X, pro quibus scribitur ΠB et KB; inest denique Koppa Ϙ, quae etiam in n.2. prima littera videtur esse, quidquid de tertiâ statueris (cf. alphab. titt. vetust.). Postremo *ξῖ* et *ψῖ* litteris KM et ΠM repraesentantur, pro quibus, inventis aspiratis, Athenienses et gentes quaedam doricae Xϟ et Φϟ scribere solebant. Quae quum ita sint, Boeckhius (Act. Acad. Berol. 1836. p.67.), comparatâ columnâ Meliâ (n.21.), quae idem fere alphabetum praebet, in insulis Therâ et Melo, quarum conditores Phoenices

(*) Littera Z naturâ suâ simplex est. Unde ap. Hom. *οἱ δὲ Ζάκυνθον ἔναιον* et *ἄστυ Ζελείης*. Recteque Schol. ap. Bekk. Anecd. II. p.815.29. *εἰ καὶ συγχωροῦμεν αὐτὰ δύναμιν ἔχειν δύο συμφώνων, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ζυγὸς σδυγὸς γράφουσι — ἀλλ' ὅμως οὐ δεῖ τὰ κατὰ διάλεκτον ἰδιάζοντα εἰς κοινὸν παραλαμβάνειν.* Cf. Welck. Syll. n.51.

fuisse memoriae proditum est, litteraturam Phoeniciam diutius vim suam in alphabetum graecum exercuisse coniecit.

4. His igitur litteris primitivis ex alphabeto Phoenicio receptis quae deinceps accesserunt V Φ + (i. e. Y Φ X), eodem ordine, quo sese excipiunt in alphabeto, a Graecis ipsis inventae sunt. In quo non magnopere nos offendit memoria Grammaticorum, qui (excepto Mario Victorino Art. Gramm. ed. Putsch. p. 1944.) litteram Y in primitivis posuerunt, quum manifesto sit additicia. Nec vero Pythagorae (Westen. de ling. gr. pronunt. or. III), nec Simonidi (Mar. Victorin. l. c.) potest attribui. Nec, quod Mar. Victorinus dicit: „*apud Graecos autem fuisse* KYΩ *cum* I *et* Ω *non dubito*", aliis nisi Fourmontianis exemplis demonstrari potest. Nam quod in diphthongo EI est pro EY, ut in decreto contra Timotheum habetur in libris Ἐλεισινίαϛ pro Ἐλευσινίαϛ, et in aere Eleo (n. 24.) λατρειόμενον pro λατρευόμενον, incertum num id ad simplicem vocalem accommodari queat (cf. Corp. Inscr. I. p. 84.). Neque huc pertinet usus peculiaris, de quo Giese dial. aeol. p. 413. Quippe Phoenicium βαῦ inveniendae litterae Y mature dedisse causam videtur; quae, ni fallor, ab Aeolibus profecta vocalem designat consonae F cognatam. Vid. Baeumlein de primit. alph. gr. p. 29. sq. (*) Atque ad hunc alphabeti graeci statum Grammaticorum revocanda memoria est.

Littera ξῖ quam formam habuit antiquitus + (v. Inscr. Petil. n. 23.), ea quum praesertim in Italicis civitatibus usurpata videatur, reliquis Graecis mature copiam fecit litterae χῖ, quae in Aeolicis Doricisque gentibus primum formam Ψ recepit, in Ionicis + vel X (vid. alphab. titt. vetust.); mox figura X ubique evicit. Quâ litterâ repertâ Aeoles et Dores, qui sonum illum elementis KH exprimere consueverant (v. Inscr. Ther. n. 1.), ξῖ elementis ΨΣ expresserunt, quum antea KM s. KΣ scripsissent, Iones autem +Σ vel XΣ, donec Ionia ipsa vel cum Ioniâ Epicharmus litteram ξῖ hâc formâ Ξ (**) pristino honori reddidisset. Denique ut sonum χῖ Dores et Aeoles elementis KH, ita φῖ per ΓH solebant exprimere, cui sono designando a litterâ koppa (Ϙ Φ) desumpta forma est Φ Φ, idque vel tum, quum koppa etiam in usu erat (vid. tit. quem ex Corp. Inscr. n. 31. attulimus ad n. 29.). Postremo ad exprimendum sonum ψῖ, quem Aeoles Doresque litteris ΓM s.

(*) Aliter Lepsius (de tabulis Eugubinis p. 75. sqq.), qui Y non minus quam O ex semitico Aïn natum existimat.

(**) Desumpta forma, ut videtur, a I, intermediâ lineâ aucta. Unde fortasse explicanda est nata posteriore tempore utriusque litterae confusio. v. ad n. 35.

Γϟ, Attici ΦϟΣ designare consueverunt, Epicharmus, ut videtur, posteaquam usus formas + et X sanxisset, aeolicum Ψ adhibuit. Nam ex iis, quae de litterarum inventoribus commenti sunt Grammatici, illa solum probabilitatem aliquam habent, in quibus Ξ et Ψ Epicharmo, H et Ω Simonidi tribuunt (Eustath. Tzetz. Cedren. Moschopul. cf. Hygin. fab. 277. ubi pro ΓΨ scribendum ΞΨ. Van Goens de Simon. Ceo IV. p. 72. sqq. male Simonidi ZΞ tribuit.).

Quamquam hoc quidem non ita intelligendum est, ut primi inventores harum litterarum fuisse putentur. Nam inventores ii fere dicuntur, ut ait Nitzsch. (Hist. Hom. I. p. 13.), *quorum usu res ante inventa primum inclaruit.* Sic litteras Ξ et Ψ ab Epicharmo in crebriorem usum vulgatas esse probabile est vel eam ob causam, quod in Magnâ Graeciâ ξῖ mature formam peculiarem nactum videtur (vid. Inscr. Petil. n. 23.). Cui autem Ξ, ei optimo iure etiam Ψ tribui potest.

Accedit indicium satis luculentum ex vasculo quodam in solo veteris Agyllae reperto (v. Lepsius in Annal. Inst. Archaeol. Rom. Vol. VIII. p. 186. sqq. unde tabulam sequentem exprimendam curavimus N. 1.). In quo vasculo quod alphabetum graecum exhibetur (cf. γραμματικὸν ἔκπωμα ap. Athen. XI. p. 467. c.), id ipsum usque ad Ψ procedit. Falluntur enim qui putant Ψ non posse statui in alphabeto quod litterâ Ω careat. Taceo vocalem H, de qua hodie nemo amplius erit, qui perverse iudicet. Habemus igitur in vasculo illo licet negligentius depicto alphabetum hoc aeolicum vel doricum

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]


ABΓΔEFIΞBⓍIK[ꟻM]NΞOΓ[Ϙ]PΣTYXΦΨ

Et hoc quidem in basi. Qui autem in superiore parte lusus syllabicus est (cf. Calliac tragoed. et Welck. in Mus. Rhen. I. 1. p. 137. sq.) in eo nonnulla casu arbitrioque quasi conflata videntur. Nam nec consonarum, quae non omnes ad syllabas rediguntur, nec vocalium ordo alphabeticus servatur.

BIBABYBE ΓΙΓΑΓΥΓΕ ΞΙΞΑΞΥΞΕ HIHA
HYHE ΘΙΘΑΘΥΘΕ MIMAMYME NINANYNE
ΠΙΠΑΠΥΠΕ ϘΙϘΑϘΥϘΕ ΣΙΣΑΣΥΣΕ ΨΙΨΑΨΥΨΕ ΦΙΦΑ
ΦΥΦΕ ΤΙΤΑΤΥ[Τ]Ε .

Quam rem in tali monumento non premendam ducimus. Nec quemquam morabitur litterarum quarundam in utroque titulo diversitas. (*) Alphabeta

(*) Qui omnia in ordinem vult consuetum redigere, in interpretando saepe labatur necesse est. Artificis, non litterati, manum habemus. Quamquam ne sic quidem prorsus se ineptam praebuit.


N. 1.
N. 2.
N. 3.

haec omnia graeca esse, non etrusca, vel vulgaris versuum ducendorum ratio evincit. At, inquit Lepsius, deest vocalis O in syllabis vasculi. Immo desunt plura. Certe in alphabeto parietis O non deest, neque in basi vasculi nostri. Quod quidem alphabetum si ab alia manu profectum velis, vereor ne non aliud agas quam optare.

Sed ut litterarum Ξ et Ψ nulla causa est cur Epicharmum primum inventorem fuisse putemus, sic, quae vulgo Simonidea litteratura dicitur, in eâ quae vocales longae sunt H et Ω Simonidi auctori tributae a Grammaticis, non magis ab ipso Simonide inventae esse censendae sunt. Nam etsi harum litterarum ante Simonidem in Graecis civitatibus usurpatarum nullum exemplum exstat, nec veri dissimile est, Simonidem, quem constat ab Ol. 56, 1. - 78, 1. (v. Schneidew. Simonidis Carm. reliquiae) vixisse, aliquid innovasse vel de suo addidisse, tamen, quum fere constans fama sit litteraturam eam, in quâ primum vocales longae compareant, ut natam in Ioniâ litterarum flore insigni, ita a Callistrato quodam in Samo conformatam esse (v. Ephor. ap. Schol. Venet. ad Il. ή, 185. et Andro ap. Phot.

In universum quae formae reconditiores sunt in titulo superiore (de cuius usu v. Welcker. l. c.) ut ʃ pro B, ϥ pro ϙ (cf. alph. Phoen.), ϙ pro Φ, eas artifex in basi formis communibus repraesentatum ivit. In quibus sane mira forma est litterae koppa ϟ, quam non male cum nota numerali aetatis recentioris comparavit Lepsius. Nimirum hanc artifex aut in usu quotidiano esse cognoverat aut male pinxit, ut litteram nonam et penultimam. Praeterea memorabiles formae sunt ⊞ pro Ξ vel ΗΗ (quae redit in alio fragmento alphabeti graeci, de quo statim), Ϻ pro Ϻ, M pro Ν. Littera Φ male picta post + (i. e. X) posita est, non quod ordo harum litterarum non confirmatus esset, sed negligentiâ, ut videtur, pictoris (cf. tab. N. 3.). Quod autem φῖ formâ ϙ expressum est in titulo superiore, non magis mirum videri debet, quam quod ∅ in aliis regionibus koppa designat et ϙ nunc koppa est nunc phi (cf. Alphab. titt. vetust.). Littera Ψ apud Aeoles Doresque aliquando χῖ denotat (v. Alphab. titt. vetust.). Quod quo minus hoc loco statuendum putemus, impedit alphabetum inferius, in quo + et ultimo loco Ψ. Speciosius enim quam verius est, quod coniecit Lepsius qui ultimam in basi litteram adiectam putat a pictore, ne altera forma litterae χῖ in titulo superiore obvia deesset. Denique in eodem titulo quia βῆτα est ʃ, γάμμα formam habet ʃ; quia φῖ est ϙ, κόππα habetur ϥ; quia νῦ est M, μῦ repraesentatur Ϻ, ut videas non sine ratione quadam compositum alphabetum esse. Arbitrium, quod dixi, artificis cernitur in consecutione litterarum. Ceterum hoc monumentum Olympiade 60. vix antiquius est.

Alterum fragmentum alphabeti graeci in pariete sepulcri in Etruria reperti (Lanzi, Saggio di ling. Etr. II. p. 136. Vid. nostr. tab. N. 2.) eo nomine insigne est, quod gamma ᑕ praebet (cf. crater. Mithridat. Corp. Inscr. 2278.) et βαῦ prorsus phoenicium ʃ. Sed ζῆτα haud dubie I fuit et νῦ Ν. In eodem sepulcro syllabae quaedam leguntur a dexterâ ad sinistram scriptae MA MI ME MY etc. Quod Lepsius recte cum vasculo superiore composuit.

Utroque monumento paullo recentius videtur esse simile fragmentum in vasculo etrusco detectum (Lanzi l. c. p. 568. vid. nostr. tab. N. 3.) in quo βαῦ negligentius pictum videtur.

coll. Suid. Σαμίων ὁ δῆμος), multo verisimilius videtur, Simonidem non solum cum Epicharmo litterarum Ξ et Ψ, sed etiam primum vocalium Η et Ω usum totamque litteraturam Ionicam Athenis constituisse; quam dudum apud alias gentes ipsisque Athenis (*) usitatam Athenienses priscae litteraturae tenaces secundo demum anno Olymp. 94. in actis publicis receperunt (v. Pars II. c. III. pr.). Accedit quod littera Β s. Η vel ante Simonidem in Ionicis Doricisque civitatibus vocalis productae naturam videtur induisse. Unde per aliquod tempus mira usus inconstantia, ut modo spiritus modo vocalis ἥ eâdem notâ exprimeretur, quemadmodum id factum in inscriptione Theraeâ (n. 1. *a.*) videmus, ubi Β in unâ voce spiritus est, in alterâ vocalem ἦτα designat. Sed in iisdem titulis Theraeis, qui Solonis et Pisistrati tempora spectant, vocalis Ω constanter litterâ Ο repraesentatur. Unde apparet, vocalem productam Ω, ut ultima est in alphabeto, ita confirmatâ demum orthographiâ litterae Η signum peculiare (Ω Ω cf. Baeumlein l. c. p. 36.) accepisse.

Antiquissima monumenta, in quibus haec litteratura comparet, tituli sunt Ionici n. 45. et 46. quos inter Olymp. 75 - 80. ponere non dubitavimus, nihil reveriti auctoritatem Schol. Venet. supra citati, cuius verba: Καλλίστρατος δ' ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν γραμματικὴν (**) καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὥς φησιν Ἔφορος ita interpretanda sunt, ut tempus, quo Athenienses litteraturam Ionicam in actis publicis receperunt, intelligatur. His igitur omnibus ad fidem titulorum, qui supersunt (v. Pars I. Cap. I. §. 2.) rite dispositis alphabetum graecum, quod inter Olymp. 40 - 80. apud Dores, Aeoles, Atticos, Iones obtinuit, ita fere concinnari potest:

(*) Athenis certe iam Callias comicus Sophocle et Euripide antiquior Ψ et Ω (Athen. X. c. LXXX. p. 454.), ut Euripides (Thes. frágm. V. Bekk.) vocalem Η, graphice expressit (v. Payne Knight, Prolegg. in Hom. §. LXXIX.). Idem Callias Ol. 87, 1. γραμματικὴν τραγῳδίαν composuit (Athen. VII. p. 276. A. Clinton. F. Hell. ad a. 432. 4. coll. pag. 345. Krüg. Mus. Rhen. philol. I. 1. p. 137. sqq.) in quâ litteratura Ionica universa comparet. Ad huius litteraturae apud Samios cultum praecipuum num Aristophanis pertineat versus in Babyloniis: Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν· ὡς πολυγράμματος (Dindorf. ad fragm. Aristoph. 43.) dubitari potest.

(**) Γραμματική saepe scripturam vel alphabetum significat. Plut. Arist. 1. ὡς ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην οὔτα γραμματικῆς. Porphyr. Quaest. Hom. 8. p. XCII. Barnes. dicit ὅτκε (Il. XXII. 127.) ἐκ τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς resedisse pro ὡς. Harpocr. v. Ἀττικοῖς γράμμασι — ἡ τῶν εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματική. (Cf. Phot. et Suid. Σαμίων ὁ δῆμος. Syrian. l. infra citat. 5.).

DORES ET AEOLES.		IONES.	
Ther. Mel. Boeot. Pelop.	Magna Graecia.	Attica.	Ionia aetate Simonidis.
A A	A A	A A A	A
B B	B B	B B	B
Γ <	(I	Λ Λ	Γ
D D	D	D Δ	Δ
B E E	E E	E E E	E
F	F	...	...
I	I	I	I
B H	B	B H	B H vocalis
⊕ ⊗	⊗	⊕ ⊗ ⊙	⊗
ξ ς	ς ς	I	I
K K	K	K	K
L L Ͱ Λ	L L Ͱ	L	Λ Λ
M M M	M	M M	M
N N	N N	N N	N N
KM ΨΣ Ξ	+ ⊞	+Σ XΣ	Ξ
O O	O O	O O	O
Γ Π	Π	Π	Π
ϙ ϙ Ø	ϙ ϙ ϙ	...	...
P R	P P P R	P P P R	P
M Σ ξ Σ	M ξ Σ	Σ	Σ
T	T	T	T
V Y	V	V Y	Y
KB ΠH ⊘ ϙ	Φ	Φ	Φ
ΓB KH Ψ + X	Ψ Ψ	+ X	X
ΓM	...	ΦΣ	Ψ
			Ω

5. Grammatici quas tres aetates alphabeti graeci ponunt, earum prima, in qua litterae sedecim numerantur, usque ad litteram Y procedit; alteram litterarum undeviginti posuisse eam videntur, quâ aspiratae accesserant,

α β γ δ ε - - ϑ ι κ λ μ ν - ο π ρ σ τ υ φ χ.

Tertiam, additis ex Grammaticorum sententiâ ζ ξ ψ η ω, litteratura Ionica

D

constituit. Ex his, demptis erroribus, quos tollere post ea, quae ante dicta sunt, quivis facile poterit, sequitur id quod vel sine iis apertum est, aliis temporibus alia alphabeta exstitisse et primam aetatem litterâ Y, alteram probabiliter litterâ X terminari. Ex priore aetate supersunt inscriptiones Theraeae et Melia (circa Ol. 50.), quarum alphabetum usque ad Y procedit, longe tamen aliter comparatum, quam Grammatici praeceperunt:

Α Β Γ Δ Ε (Ϝ Ι) Β ⊕ Σ Κ Λ Μ Ν Ο Π Ϙ Ρ Μ Τ Υ

Alteram aetatem sistit quidquid inscriptionum Aeolicarum vel Doricarum, exceptis Theraeis et Meliâ, superest ex Olymp. 40-80.

Α Β Γ D Ε Ϝ Ι Β ⊗ Ι Κ Λ Μ Ν + Ο Π Ϙ Ρ Μ Τ Υ Φ Ψ

Eundem terminum praebet Atticorum priscum alphabetum vel Solonis aetate:

Α Β Λ D Ε Ι Β ⊗ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ +

unde patet eâ aetate, quâ aliae gentes aspiratas Φ et X elementis ΠΗ et ΚΗ repraesentabant, litteras illas aliis pridem usitatas fuisse. Et hoc quidem alphabetum Atticum post introductam litteraturam Ionicam a veteribus *γράμματα Ἀττικὰ, ἀρχαῖα, παλαιὰ, ἐπιχώρια* appellabatur. Auct. orat. in Neaer. *καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα* etc. Pausan. I, 2. 4. cf. Corp. Inscr. ad n. 25. Harpocr. et Hesych. v. *Ἀττικὰ γράμματα*. Similiter aliarum quoque gentium alphabeta antiquata *ἀρχαῖα* vocantur. Pausan. V, 17, 3. 22, 2. Quae autem Suidas (v. *Κορίαννος*) affert *Δωρικὰ γράμματα* cum alphabeto Palamedeo comparata, quod nihili esse ex fabulis supra allatis apparet, haud dubie Grammaticorum commentum est. Tollendusque error est recentiorum quorundam doctorum (Chandler. Syllab. p. XIII.), qui priscum alphabetum Atticum Cadmeum appellarunt. Quae denominatio iam veteribus (Syrian. Comm. in Hermog. *ἡ γοῦν Κάδμου γραμματικὴ ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς ἐφημερίσι φησὶ, καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου τοῦ μετὰ ταῦτα ἄρξαντος διέμεινε χρόνων* cf. Corsini F. Att. in Euclide) inde orta videtur, quod rem ab Herodoto (V, 59.) narratam non satis pensitarint. Nam ille quum litteras vidisset a Ionibus *φοινικήϊα* vocari (cf. tit. n. 47.), ea cum rebus Cadmi composuit atque inde procudit nomen *Καδμήϊα γράμματα*, quae in inscriptionibus sibi visus est animadvertisse.

6. Alphabeta graeca quae posuimus quattuor inter Olymp. 40 - 80. usitata, ea, si voles accuratius distinguere, proprie tria sunt. Nam Aeolicum et Doricum naturâ idem est. Priscum Atticum secundum, Ionicum tertium est. Ad haec discrimina Grammaticos numquam advertisse supra vidimus; quod monemus ne illa *Δωρικὰ γράμματα*, quae Müllerus (Dor. II. p. 315.) omnium antiquissima putabat, defendenda putes. Iam constat in

Italiâ Latinos, Etruscos, alias gentes, (*) in Asiâ Cares, Phryges, Lycios eodem fere quo Graecos alphabeto usos esse (Plin. H. N. VII. 58. Tacit. Annal. XI. — Müller. Etrusc. — Clark. Itin. II. 1. p. 253. et Hammer. Ansichten etc. p. 189. Hamilton. Aegypt. p. 418. coll. Leak. in Walpol. Trav. p. 207. G. F. Grotefend. dissert. angl. scr. de inscriptionibus Lyciis et Phrygiis, et Eiusd. Rudimenta linguae Umbricae etc.). Itaque G. F. Grotefendius, qui in linguas gentium italicarum accuratissime inquisivit, tria illa genera alphabeti graeci ita adhibuit, ut ex Ionico Phrygium Lyciumque subinde natum contenderet, ex Dorico Magnae Graeciae Latinum, ex prisco Attico, quod Kumis in Campaniâ consedisset, Etruscum, ex eoque rursus Umbricum et Oscum (Diar. litt. Gött. 1833. p. 116.). Sed de his nunc quidem nihil attinet dicere. Latinum alphabetum quale fuerit antiquitus, operae pretium est videre. Hoc idem sedecim olim litteris constitisse ferunt (Mar. Victorin. A. G. I. ed. Putsch. p. 2468. Priscian. I. de numero litterarum, coll. Plin. l. c. c. 56. et Plut. Quaest. Plat. 1009.). Isidorus solus septendecim latinis litteris dicit veterem scripturam constitisse (Origin. I. 4.). Itaque Mar. Victorinus l. c. numerum XVI antiquiorem habens quam veritatem, has statuit vetustissimorum Latinorum litteras:

A B C D E I K L M N O P Q R S T

In quo quidem quod Salmasius (Inscr. Herod. p. 225. 226.) Q novam litteram esse contendit, id nihili est (cf. Rose Inscr. gr. vetust. p. XXXI.). At nec F nec H exsulare ex antiquo alphabeto Latinorum potest, quidquid obloquantur Grammatici (Priscian. l. c. Scaur. de Orthogr. 2250. I. Voſs. Art. Gramm. I. 16.). Contra K recte agnoscitur ut antiquissima, quâ carere Latini non potuerunt, quum C ut Graeci Γ pronuntiarint (Mar. Victorin. I. p. 2459. Villoison. Anecd. II. p. 167.). Quae quum ita sint, Latinorum alphabetum antiquissimum videtur hoc fuisse:

A B C D E F H I K L M N O P Q R S T

quod sane Dorico Graecorum simillimum est. Quamquam Latinis alphabetum graecum usque ad V procedens allatum esse verisimilius videtur (v. Baeuml. l. c. p. 30. sq.). Et quemadmodum Graeci in usu sibilantium Phoe-

(*) Huc pertinet titulus Bastae in Apuliâ tributus ap. Gruter. CXLV. 5. (cf. Raccolta d'opuscoli scientifici. Vol. VII. Venet. 1732.), et inscriptio vasculi antiqui in Museo Galassi asservati, quam publicavit Lepsius in Ann. Inst. Archaeol. Rom. 1836. p. 199. Quae quidem inscriptio, quum pateat Etruscam non esse, cui genti tribuenda sit, non liquet. De origine Pelasgicâ qui cogitet, ab eo dissensisse numquam poenitebit.

niciarum peculiarem normam secuti sunt, ita Latini litteras quasdam ex alphabeto graeco aut sero aut numquam receperunt. Qui quod ⊗ repudiarunt, ex eo debet explicari, quod iis defuerit sonus; quem postea ad modum scripturae PH per TH repraesentandum putarint. Ac simili de causâ littera Z quum primum oblata negligeretur in alphabeto praesertim Dorico, sero propter Graeca quaedam necessaria visa, quum septima iam sedes a littera G esset occupata, ultimo loco reposita est (cf. Baeuml. l. c. p. 23.). Postremo X (ξῖ) Latinis recentior est littera; quae qua aetate iis innotuit, quum inter N et O iam nihil deesse videretur, non eo quo oportuit loco recepta est.

IV.

DE AETATE SCRIPTURAE.

---

1. Argumentis Fr. A. Wolfii, qui usum scribendi ad tempora nimis sera referendum censebat (Prolegg. ad Hom.), ab initio plerique omnes suffragati sunt. Sed, ut fieri solet in re speciosius exornatâ, viris doctis mox tanta ad affirmandum subnata licentia est, quantam ne auctor quidem ipse, si viveret, ad negandum sibi sumendam putaret, praesertim quum artis scriptoriae usum vel octavo ante Christianam epocham saeculo privato studio viguisse ipse concessisset (Prolegg. p. LXX.). Itaque Nitzschius, vir quum de omni litteraturâ graecâ tum de Homero optime meritus, falso Wolfium rhapsodorum operam litteraturae vicariam fecisse demonstravit (de Hist. Hom.); in quo consentientes quum alios habet tum Welckerum, qui scribendi usum vidit apud neminem prius fuisse quam apud epicos poëtas et vel suorum vel alienorum carminum rhapsodos; eos enim ut de scripto et ipsos meditatos esse carmina et aliis discenda praeivisse, ita saepe legendi scribendique facultatem tradidisse (Cycl. ep.). Convincebat Nitzschius errorem, quo Wolfius legum formulas, antequam perscribi potuissent, memoriter traditas et decantatas apud Spartanos et Cretenses interpretatus esset. In quo Bernhardy (Hist. litt. gr. I. p. 56. sq.) tantum concessit, ad litteraturae usum nihil referre, si pueri naenias quasdam hortativo ex genere, quae morum publicorum praecepta haberent, didicisse et cecinisse perhiberentur. Scilicet a formulis legum civilium distinguendae illae leges sunt, quae de moribus praecipiunt; quales fuerunt Doriensium (Aelian. V. H. 11. 39. Strab. 482. extr.), Arcadum (Polyb. IV, 20.), Atheniensium (Plat. legg. III, 700. B.). Nec vero minus falso ex legum scriptarum memoriâ de omni litteraturae usu iudicasse Wolfium videmus. Strabonis de Locrensibus testimonium (VI. 259. πρῶτοι νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί) nunc ita interpretamur, ut Zaleucum iudicum decreta litteratis legibus instruere voluisse contendamus; contra visum esse Lycurgo, vel quicumque rhetram illam scripserit (cf. Müll. Dor. 1. p. 136. Carol. Hermann. Antiq. graec. publ. §. 23 et 88.). Vide iam quo perducta res sit. Nam quum viri docti tantum fere largiantur, ad pri-

mas Olympiadas scribendi usum satis probabiliter proferri, Bernhardy (l. c. 1. p. 187.) non negat fingi posse, aetate Arctini aliorumque, qui multa edidissent, primos exstitisse qui carminum Homericorum rhapsodias XLVIII. scriptas ad plures divulgarent, ut iam, si ab Iliade et Odysseâ discesseris, Graecorum carmina ad unum omnia et perscripta esse a poëtis et de scripto tradita putentur. At Homerum veteres poëtarum antiquissimum ita dixerunt, ut eorum, quorum scripta exstarent, illum primum ponerent (Herodot. II, 33.). Etiam Aristoteles ante illum multos fuisse putavit (Poët. 4, 9. cf. Knight. Prolegg. ad Hom. §. LXXVII.). Ex quo, si concesseris fide dignam esse eam sententiam, qua Homerus proxime a Lycurgo abfuisse statuatur, rectius fortasse de omni Graecorum litteraturâ iudicare licebit.

Iam cum computatione Herodoti (II, 53.), testis antiquissimi, Nitzschius (l. c. II. p. 91.) monet egregie convenire Apollodoro, qui in aetatum seriem notasque accuratissime inquisivit. Nam quum ex ratione Herodoti Homerus incidat in eam aetatem, quae Lycurgi fuisse putatur, ea autem Thucydidis (I, 18.) et Timaei (Plut. Lyc. 1.) auctoritate propius ad noni ante Chr. n. saeculi exitum referatur, Apollodorus, qui Eratosthenis rationes sequens Homerum floruisse posuit circa ann. 100. post Ionum migrationem, eum unâ fere aetate Lycurgo maiorem habuit (cf. Müll. Dor. I. p. 132.). Quod si ita est, facile intelligitur, Homero vel quicumque is est a quo rhapsodiae Iliadis et Odysseae profectae sunt, non solum cognitionem litterarum, sed etiam usum facultatemque tribui oportere. Confirmare autem rem magno opere necesse erit. Nam omnibus in rebus ambiguitas mater dubii est. Atque eorum quidem, quae constant, exempla ponuntur; horum, quae dubia sunt, rationes afferuntur. Itaque primum videndum erit, ecquâ ratione demonstrari possit, rhapsodos Homeri aetate carmina non solitos esse scribere; et breviter dicendum, ne in huiusmodi rebus diutius, quam pro instituto nostro, commoremur.

2. Omnis argumentatio aut necessaria debet aut probabilis esse. Consentaneum est igitur argumentis iis, quae neutram vim habeant, fidem denegari. Videamus primum argumentum, quo propter lectionum discrepantias et digamma in scriptis exemplis incognitum scripta esse carmina a poëtâ negatur credi posse (Müll. Hist. litt. gr. angl. scr. p. 37. sqq. cf. Hermann. Opusc. VI. p. 75. Giese de dial. aeol. p. 172.). Haec neque necessaria est nec probabilis argumentatio. Nam discrepantiae lectionum scriptis excludi propterea non possunt, quod scriptionis illius longe alia ratio fuisse putanda est quam tempore posteriore. Neque enim, si scriptae quaedam rhapsodiae

sunt, continuo sequitur in usum publicum scriptas fuisse, quod statui nullo pacto potest, sed ut privatim ediscere cupientibus traderentur. Hi autem rhapsodi fuerunt. Qui quomodo in arte suâ versati sint, latere neminem potest. — Digamma autem miror quod viri docti non viderint mature e scripto exsulasse, praesertim quum neque Ionibus ea littera magno opere placuerit, et in certis quibusdam vocibus haud dubie numquam signo fuerit peculiari expressum (cf. Herm. Opusc. VI. p. 78. sq. Giese l. c. p. 181.). Constat, Grammatici Alexandrini quotquot exemplaria Homericorum carminum versarint, ea omnia litteris fuisse Ionicis perscripta (Giese l. c. p. 164. sqq.). Unde igitur Grammaticos digamma discere potuisse putabimus? Potuerunt ex Aeolicis, non potuerunt ex Ionicis. Quorum aetas si Pisistrati exemplar tulisset, haud scio an ibi vestigia eius litterae non repperissent. — Alterum argumentum est, quo poëtam eum, qui catalogum navium subiecerit, ceterae Iliadis exemplum integrum non habuisse demonstretur. Credo; immo non potuit habere *integrum*. Sed quid inde lucreris, nescio. Rhapsodias non scriptas fuisse ita numquam eviceris. Eviceris, qui catalogum navium subiecerit, ipsum potius scripsisse rhapsodiam suam, quam rhapsodias alias in aliorum rhapsodorum manibus scriptas non exstitisse. Ille si non habuit scriptas alias rhapsodias, ne memoriâ quidem tenuit; sin memoriâ non tenuit, et suam rhapsodiam scripsit et pessimus rhapsodus fuerit necesse est, qui, quae tenere oportuit, oblitus sit; quamquam nobis ille quidem excusandus, qui memoriae rhapsodorum illorum non tantum tribuamus, quantum ab aliis tributum videmus. — Tertium est argumentum, quo ipsius Homerici sermonis indoles et conformatio, quae memoriae opituletur, nobis dicitur persuadere, ut memoriter carmina et inventa et tradita esse consentiamus. In quo quivis videt non necessario cum priore posterius cohaerere. Nam si illud probabile est carmina memoriter esse inventa, quod nemo est qui non concedat; non sequitur probabile esse alterum, in quo carmina memoriter tradita esse putentur. Quod quum neque ex his rationibus neque ex aliis reddi probabile possit, apertum est rhapsodos Homeri aetate carmina non scripsisse demonstrari nullo modo posse. Videndum igitur, num sit verisimile.

Pisistratum, quem primum constat bibliothecam condidisse, quum collectionem sparsarum fecisse rhapsodiarum seriemque probabili ratione constituisse omnes consentiant (v. Ritschel. de biblioth. Alexandr.), quid aliud tum factum putabimus, nisi quod vel ante Pisistratum a nonnullis inchoatum esse probabile sit? Ad quam sententiam confirmandam imprimis faciunt

verba Suidae *ὑπὸ πολλῶν συνετέθη καὶ συνετάχθη καὶ μάλιστα ὑπὸ Πεισιστράτου* (v. Welcker. Cycl. ep. p.382. sq. cf. Bernhardy Hist. litt. gr. p.227. sq. Nitzsch. Hist. Hom. I. p.166.sq. qui quod ibi dicit de Onomacrito, id iure reiecit Ritschel. l.c. p.48.). In quo non difficile est videre, si carmina a poëtâ non ita disposita sint, ut factum a Pisistrato scholisque rhapsodorum constat, primam tamen causam huius perfectionis poëtae deberi, qui carmina fecerit, unde alia nisi perfecta et omnibus numeris absoluta opera confici non possent (cf. Welcker. l.c. p.383.). Haec autem perfectio conservari solâ memoriâ non potuit. In scriptione igitur omnis auctoritas posita esse putanda est. Quodsi carmina ab initio non scripta fuissent, intelligi non posset, quomodo eam conservassent praestantiam, ut Aristotelis probari iudicio possent. Ex quo videndum, ne non credibile sit, carmina memoriter tradita esse aut illos, quos primos Homericorum carminum collectionem instituisse concesseris, solâ ope rhapsodorum declamitantium id perfecisse. Fac memoriam valuisse. Miraculum esset, ni male cessisset. Ac profecto multo verisimilius, carmina Homeri quum eâ aetate, quâ collecta sint, maximam partem scripta fuisse, tum illâ, quâ nata, privato studio solita esse perscribi.

Quod si ita est, licet ex Homericis carminibus (v. Knight Prolegg. ad Hom. §.LVI.) de litteraturâ antiquâ nihil certi colligi possit, tamen nullam causam video, cur usum litterarum vel ante Homeri aetatem a Graecis abiudicemus. Quare autem nobis hoc magis probetur, dicendum videtur, ne temere sententiam secuti putemur. Videntur enim Graeci utique prius sacris sacrorumque apparatui, quam rerum civilium rationibus operam navasse, et, ut bene monuit Nitzschius, *sacrorum poëtarumque usibus multo ante litteras frequentasse, quam vel publica monumenta conderent vel muneribus civilibus reliquis vitae utilitatibus litteraturam adhiberent;* ad legislationem autem *prius rationes cum finitimis populis decretis publicis sanxisse, quam domi aliquid, quod legis instar valeret, publice sciverint.* Unde etiam litteratura mature privato studio invaluisse sed propter respublicas parum confirmatas diu delituisse videatur. Privatum usum autem optimo iure cum Nitzschio eum dixeris, qui penes poëtas eorumque sequestres fuerit. Quumque graeca gens ad dicendum et ad audiendum potius quam ad legendum nata esse videatur, ne illud quidem mirari debemus, quid sit quod de litteraturâ parum ex poëtis ipsis discamus. Audituris enim, non lecturis carmina parabant. Id autem quâ aetate obtinet, non potest quin minor sit opportunitas in scriptis tangendi ea, quae scripturam spectant. Denique quod vel ante

Homeri aetatem usum litteraturae Graecis non inusitatum diximus, id ut statuamus, ipsa Homericorum carminum praestantia suadet. Quam haud vereor post ea quae disputavit Nitzschius, ne quis ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας natam existimet.

Ac de his quidem satis dictum videtur; deinceps ad ultimum argumentum transeamus. Ultimum autem posuimus, quod ne adversariis quidem satis idoneum videri potest.

3. Mira enim opinio est eorum, qui litteraturae usum ex paucis de supellectile scribendi testimoniis aestimandum arbitrantur; quasi vero, qui litteras Graecis attulerunt, non iidem supellectilem litteraturae attulisse putandi sint. Taedet repetere rem notissimam. Herodotus (V, 58.) tradit gentes barbaras ipsosque Iones, antequam papyri copia esset, pelles tum ovillas tum caprinas scriptionibus adhibuisse, Iones vero ex usu antiquo omnes libros διφθέρας vocasse (cf. Diod. II, 32.). Quae nos si ignoramus quomodo adaptatae fuerint, causam nullam video, cur non satis utiles fuisse ad scribendum putemus, praesertim quum iis et usos esse diu Iones et volumina confecisse ipse Herodotus haud ambigue doceat. Immo pelles voluminibus conficiendis inprimis aptae fuisse censendae sunt (cf. Nitzsch. l. c. p. 70. sq. Welcker. Cycl. ep. p. 380. sq.). Huc pertinet etiam usus ex Italia notus, quo foederibus consignandis clypei videntur inserviisse bovis corio inducti (v. Nitzsch. l. c. p. 75.). Et haec quidem de scriptionibus longioribus. Ad breviores autem notationes arborum folia sive libros (Isidor. VI, 16. cf. Montef. Palaeogr. gr. p. 13. Nov. tract. dipl. I. p. 503. sq.) vel tabulas ligneas constat adhibita esse. Tales tabellae fuerunt πίναξ (Il. ζ. 169.), δέλτος (Aristoph. Thesmoph. 780. et interpr. Eustath. ad Hom. etc.), σκυτάλη (Archiloch. fragm. XXXIX. p. 308. Gaisf. cf. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 469. Nitzsch. l. c.). Monumenta publica et leges ligno, lapidi, aeri incisa sunt, idque vel antiquissimis factum temporibus est non aliam ob causam, quam etiam tum, quum satis superque chartae suppetebat. Accedunt laminae metallorum. Pausanias (IX, 16.) antiquissimum Hesiodi Operum et Dierum exemplum laminâ plumbeâ conceptum vidit in Helicone, quod remotae antiquitati assignare non dubitat Boeckhius (Prolus. Ind. lectt. aest. 1834. cf. infra n. 63.). Adde quae allegantur exempla ex Auct. Axioch. 19. Plutarch. Alex. 17. et de genio Socr. 5. 7. Apud quos quae aeneae tabulae memorantur, eae non minus, quam lamina stannea apud Pausan. (IV. 26. 6.), etiamsi ambiguae fidei sint (Corp. Inscr. I. p. 63. *b*.), certe nos admirari cogunt sedulitatem veterum Graecorum, qui, ut Nitzschii verbis utar, vel iniquiorem materiam in usus

suos redigere didicerunt. Quam metalli subigendi artem quis tantâ erit animi facilitate qui non partim cum ipsâ materiâ Graecis a Phoenicibus allatam existimet? Mittimus usum recentiorem, ut tabulas ceratas, ut libros elephantinos (Müll. Archaeol. p. 418. ed. rec.). (*)

Iam vero Aegypto Graecis per Phoenices patefactâ, bybli usum Ionibus vel eâ aetate, quam Herodotus in mente habet, nonnullum fuisse verba eius ἐν σπάνι βύβλων indicio esse possunt, ut recte eum Nitzschius ad priora Psammetichi tempora videatur reiicere. *Neque enim, ut poëtae eorumque sequestres in usus suos satis instructi viderentur, chartis per omnem vitam divulgatis opus fuisse, si his illi quam pellibus uti mallent.* Atque omnino Olymp. 30-42. poëtas quum epicos, tum lyricos alios chartas alios pelles voluminibus conficiendis adhibuisse consentaneum est. Viguisse autem chartae usum circa ea potissimum tempora concedamus oportebit, quibus Naucrati Graecis emporio facto (Olymp. 52-63.) et plura epica scripta sunt et solutae orationis prima opera edita. (**) Ac si sufficientem poëtis ad scribendum supellectilem numquam non praesto fuisse concedendum est, lectioni certe tum demum locus datus videtur, quum chartae uberior proventus suppeditaretur. Quae legendi studia deinceps historici non tam provocasse quam secuti esse merito videntur.

Sed de his accuratissime Nitzschius. Ex nostro instituto satis est ostendisse infirmatis adversariorum argumentis nos neque cum iis sentire, qui privatum usum scripturae a publico non distinguendum putent, et ab iis, qui Graecos mature cognitâ utilitate litterarum privato studio iis usos esse negent, magno opere dissentire.

(*) Exstant etiam laminae aureae. Vid. n. 81. Mus. Rhen. III. 4. p. 581. Bull. Inst. Archaeol. Rom. 1836.

(**) Volumina papyracea plura nostram aetatem tulerunt, ut Aegyptiaca (v. monographias Kosegarten, Peyron, Reuvens, Spohn. cf. Boeckh. in Act. Acad. Berol. 1820-21. Letronn. Journ. d. Sav. 1822. p. 556. sqq. Buttmann Act. Acad. Berol. 1824. p. 89. Droysen Mus. Rhen. III. p. 491. sqq.) et Herculanensia nuper edita Oxonii (cf. Bernhardy Encycl. p. 132. Ritschel. de biblioth. Alex. p. 124. sq. De confectione papyri v. Nov. Tract. Dipl. I. p. 484. sq. et de usu recentiore ibid. p. 516. sq. et Montef. Palaeogr. p. 16. sq.).

V.

DE RATIONE SCRIBENDI.

1. Quemadmodum Phoenices, ita Graeci primum quidem in scribendo versus a dexterâ ad sinistram ducebant, (cf. Etrusca); mox ita vertebant scalprum, ut primo versu a dexterâ ad sinistram ducto sequentem a sinistrâ ad dexteram continuarent, et sic deinceps. Quod scripturae genus, quoniam boum in arando versuras imitaretur, βουστροφηδὸν (*) dictum est. Pausan. V, 17, 3. cf. Vofs. Art. Gramm. I. 34. Nov. Tract. diplom. I. p. 608. sq. Haec scriptura circa tempora Solonis, cuius leges constat βουστροφηδὸν scriptas fuisse (Harpocr. ὁ κάτωθεν νόμος), paullatim videtur obsolevisse. Cf. Inscriptt. Ther. n. 1 - 20. Et si fabulâ gaudes, Pronapidem Atheniensem, Homeri praeceptorem (Diod. III, 66.), ferunt antiquatâ βουστροφηδὸν scripturâ, modum scribendi eum, quo etiamnunc utimur, in communem usum introduxisse (Tatian. or. ad Graec. 62. Theodosius in Schol. ad Dionys. Thrac. in Fabric. bibl. Gr. 27. Bekk. Anecd. II. p. 786.).

Quas autem Grammatici alias tres formas scripturae ponunt, κιονηδὸν, πλινθηδὸν, σπειρηδὸν (Bekk. Anecd. III. p. 1170. II. p. 786.), eas ad usum communem cum scripturâ βουστροφηδὸν vix componi posse arbitramur. Nam quemadmodum veteres non semper lineas horizontales servasse, sed versuum directionem ad eum, quem scribebant, locum videntur accommodasse, ut in disco Iphiti (Paus. V, 20, 1. ταύτην οὐκ ἐς εὐθὺ ἔχει γεγραμμένην, ἀλλὰ ἐς κύκλου σχῆμα περίεισιν ἐπὶ τῷ δίσκῳ τὰ γράμματα cf. Corp. Inscr. n. 545. 2138. 2325.), et in cistâ Cypseli (Paus. V, 17, 3.) cuius ἑλιγμοῖς similia habes quum in multis vasculis antiquis tum in inscriptionibus Theraeis n. 1. 4. 5. 16. ita scripturae κιονηδὸν, πλινθηδὸν et σπειρηδὸν ad singularia potius referendae sunt. Huc pertinent Solonis tabulae, quarum ἄξονες formâ quadratâ, κύρβεις triangulares pyramidum in formam fuerunt (Poll. VIII. 128. v. Preller. Polem. fragm. p. 87. sq).

(*) Scilicet veteres versuum ducendorum operam cum arando compararunt (cf. lat. *exarare litteras*); unde etiam voces ἄλοξ, ἀλοκίζειν ad scripturam rudem praesertim et inconditam transtulerunt. Cf. Aristoph. Vesp. 850. et interpr.

Paullo aliam significationem scripturae *κιονηδὸν* tribuit Boeckhius. Quippe antiqui moris fuit, paucissima singulis versibus elementa exarare (cf. n. 40.); quae scriptura ut plurimum in columnis usurpata (cf. n. 33.), a columnarum similitudine recte denominatur *κιονηδόν*. Et ab hac quidem scripturâ distinguenda illa est, quae *στοιχηδὸν* vocatur, quippe ita adornata, ut uniuscuiusque versus litterae singulae sub singulis prioris versus elementis positae sint. Quae frequens est scriptura in Atticis (cf. n. 48. 58.) atque adeo in peregrinis, ut in Delphico Corp. Inscr. n. 1690. Neque vero ea consuetudo, quam aetate *καλλιγραφίας* natam esse verisimile est, propterea invaluit, quo nulla fraus intrudi vel depravatio posset, sed quod esset per se scriptura elegantissima. Neque omnia Atheniensium acta publica *στοιχηδὸν* scripta sunt ut fuerunt qui putarent (v. n. 55. coll. Corp. Inscr. n. 149. 160. 124. etc.).

2. Omnis scribendi significatio a stylo petita est, qui aut *κάλαμος* est ad litteras atramento vel alio colore dipingendas inserviens, (*) aut *γραφεῖον* tabulis marmoreis, aeneis, plumbeis adhibitum (Montefalc. Palaeogr. Gr. p. 20. sq. Nov. Tract. dipl. I. p. 533. sqq.). Verbumque proprium *γράφειν* habetur, quod vel ex usu Homerico utramque notionem refert (Nitzsch. Hist. Hom. I. p. 74. 84.). (**)

(*) Cf. n. 24. ubi habes *γράφειν* et *γράφεια*. Synonyma in materiâ solidiore sunt *ἐγγλύφειν, ἐγχαράττειν, ἐγκολάπτειν, ἐντέμνειν* (Herodot. VIII, 22.).

(**) Memorabilis usus est dipingendi etiam litteras in lapide incisas, qui non dubium est, quin vel priscis temporibus obtinuerit. Rubro inductas novimus ex catacombis Alexandrinis et repperit Walpol. (Mem. p. 370.) in hypogaeo Aeginae (cf. Inscriptt. Nub.). Fauv. Mag. a. XVII (1812) T. II. p. 93. de columellis et terminis sepulcralibus refert: sur les bornes ou petites colonnes, qui accompagnaient ces tombeaux, sont de petites inscriptions, dont les lettres sont alternativement noires et rouges. Cf. Beaufort Karamania, p. 154.

PARS I.

CAPUT I.

§. 1. DE TITULIS VETUSTISSIMIS.

Ex aetate ante Olympiadum initium, ex quo victores Olympici inscribi coepti sunt, paucorum titulorum superest memoria; quo pertinet discus Iphiti (Pausan. V, 20, 1. Plut. Lyc. 1. cf. Müll. Dor. I. p. 130.) nisi ei inscripta ἐκεχειρία, ut monet Boeckhius, post Olympiadum principium exarata est, et variae ἀναγραφαὶ sive regum catalogi (Plut. Ages. 19.), tabulaeque oraculorum a regibus custoditorum (Plut. adv. Cal. 17. coll. Herodot. VI. 57. Müller. Dor. I. p. 131. sq.). Qui autem nostram aetatem tulerunt tituli vetustissimi origine maximam partem aeolicâ et doricâ, ii commode inter Olymp. 40-80. poni omnes possunt. Scripturae in his ratio ex locorum varietate atque eorum hominum, qui confecerunt, consuetudine aestimanda est. Unde alii βουστροφηδὸν scripti sunt (n. 1. *a*. 5. 8. 12. Corp. Inscr. n. 1. 23. 31.), alii vulgari versuum ducendorum ordine, (n. 4. saepius n. 21-29.); et illi quidem modo a dexterâ incipiente scalpro (Corp. Inscr. n. 1.), modo a sinistrâ (n. 45.). In quo Boeckhio illud antiquius esse genus scribendi, hoc recentius videtur. Superest etiam fragmentum inscriptionis Atticae, in quo prima linea a dexterâ incipit, altera et reliquae a sinistrâ pergunt (Corp. Inscr. n. 27.). Inscriptiones a dexterâ ad sinistram currentes unius versus modum non excedunt (n. 42. Corp. Inscr. n. 31. 35. 36. 37.) exceptis titulis Theraeis n. 1. *b*. et 6. et Samio C. I. n. 2247. Neve putes antiquissimos esse titulos omnes, qui βουστροφηδὸν scripti sunt (v. n. 31. 32.) cf. Eckh. III. 252.

Quodsi ex scripturae ratione indicium nullum fit de aetate titulorum, multo minus ex formâ elementorum certa via reperiri potest, quâ aetas uniuscuiusque tituli definiatur. Neque enim solum eodem apud Graecos tempore in aliis civitatibus aliae obtinuerunt formae litterarum, (ut sigma quâ aetate alii figurâ M expresserunt, eadem alii formâ ϟ consueverunt uti, alii Ƹ), sed etiam singulorum privatorumque hominum alii alias in hac re normas secuti sunt (cf. Boeckh. Ind. lectt. hibern. Berol. 1821.).

Quod autem tertium possit ex dialecto aetatis indicium videri, id non minus anceps est, quum tanta fuerit apud Graecos dialectorum discrepantia,

ut, quid in diversis regionibus recens, quid vetustum sit, ex nostrâ dialectorum cognitione diiudicari non possit.

Quae quum ita sint, in exponendis titulis vetustissimis nos cum Boeckhio ordinem ex probabili ratione subductum secuti sumus. Cum his autem, quos recepimus, conferendi ii sunt, qui exstant in Corp. Inscr. n. 1. 5. 10. 13. 14. 15. 18. 19. 21. 23. 27. 28. 32. 35. 36. 40. 41. 42.

§. 2. DE ELEMENTIS TITULORUM VETUSTISSIMORUM.

Sed priusquam ad titulos ipsos accederemus, visum est alphabetum concinnare, ex quo litterarum formae, quas tituli vetustissimi suppeditant, uno obtutu cognoscerentur. Quod quidem ita fecimus, ut non minutas varietates litterarum sequeremur, sed praecipuas formas poneremus, ex quibus illae facile cognosci possent, ita dispositis litteris, ut priore loco, ubi opus esset, formae litterarum sinistrorsum vergentium, altero dextrorsum comparerent. In quibus monemus saepe fieri in titulis iis, qui, ut Theraeorum vetustiores, Solonis tempora spectant, ut altera forma pro alterâ delineetur (vid. ad Iota et Sigma). Ex quo licet coniicere cum Boeckhio, etiam illâ aetate non minus, quam quâ Cypseli fabricata cista est, inconstantem utriusque generis scripturae usum viguisse.

A n. 22. Arg. cf. Corp. Inscr. n. 1. Criss. n. 13. Pelop. n. 1639. Boeot. Haec forma etiam in versibus a sinistrâ ad dexteram ductis retinetur, in quibus forma inversa exspectatur, ut est n. 34.

A n. 1 - 20. Ther. n. 25. Sam. etiam in scripturâ dextrorsum currente cf. vascul. alphab. de quo p. 21.

A n. 44. Del.

A n. 24. El.

A n. 1. Ther. n. 26. Corinth. cf. Corp. Inscr. n. 1599. Boeot.

A n. 1. *d.* Ther. n. 23. Petil. n. 27. Syrac. n. 28. Arg. Forma A Corp. Inscr. n. 1592. Boeot. (cf. Ross. Inscr. gr. inedd. n. 80.) ad similitudinem alpha Etrusci propius accedit.

Γ in vasculo alphabetico, de quo p. 21. Forma est Phoenicia.

B n. 30. Delph. cf. Corp. Inscr. n. 1639. Boeot. Parum differt B in marm. Choiseul. ap. Ros. Inscr. gr. vetust. tab. IV. fig. 1.

8 in vasculo alphabetico, de quo p. 21. contra ordinem.

B n. 22. Arg. Num Corp. Inscr. n. 1. forma B recto talo stet, non liquet.

ᒣ n.21. Mel. quae forma etiam in scripturâ a sinistrâ ad dexteram retenta est.

ᒣ,ᒣ Γ n.1. Ther.

ᛚ n.22. Arg. cf. C. I. n.1599. Boeot. et vascul. alphab. de quo p.21.

ᛍ n.24. El.

(n.26. Corinth. ut in nummis Siciliae et M. Graeciae (Rheg. Gel. Agrig. cf. Roch. ad Aberdeen. p.83.), accedens ad latinam litteram C, quae eadem olim G fuit, v. supra p.27. Cf. vascul. alphab. de quo p.21. Forma C in altero fragmento ibi memorato reperta redit in cratere aheneo Mithridatico Corp. Inscr. 2278. neque abest a titulis Asianis recentioris aetatis.

I n.23. Petil. In hoc alphabeto iota est ϟ.

D n.22. Arg. n.23. Petil. ut Romanorum et Volscorum nummorumque Zanclaeorum. cf. vascul. alphabet. de quo p.21.

◁ n.27. Syrac. contra ord.

Δ n.1. Ther. n.21. Mel. n.26. Corinth.

ᐅ n.4. Ther. quae forma vix discerni potest a litterâ ῥῶ. Cf. alphab. Phoen. ubi item ◁ et ◁.

ᐅ n.24. El. n.44. Del. cf. C. I. n.18. Arg. n.1592. 1599. 1639. Boeot.

ᐅ n.12. Ther.

ᕮ n.22. Arg. n.28. Arg. n.44. Del. cf. Corp. Inscr. n.1. Criss. n.32. M. Graec.

ᕮ n.1. Ther. etc. cf. vascul. alphab. de quo p.21.

ᕮ n.6. Ther. n.21. Mel. n.24. El. cf. Corp. Inscr. n.5. M. Graec.

E n.23. Pet. n.27. Syrac. cf. C. I. n.1639. Boeot.

ᗷ n.26. Corinth. cf. vascul. in Monum. Inedd. Inst. Archaeol. Rom. 1836. tab. XXXVIII. A. ubi MAϤИƎA (i.e. Αἰνέας). Memorabilis est forma Ƶ in vasculo Musei Berol. ex M. Graeciâ reportato; vid. Gerhard. Neuerw. Denkm. I. n.1580.

ᚨ ᚨ F Vau Phoenicium (cf. formam ᛍ in vascul. alphab. de quo p.21.), vulgo digamma dictum, quod constat antiquitus omnibus Graecis fuisse commune (v. Boeckh. Oecon. civ. Athen. II. p.385. sq. et Corp. Inscr. I. p.719. sq. Trypho πάϑ. λέξ. §.11. Mus. crit. Cant. I. p.34.) unde F Etruscorum et Latinorum. n.23. Petil. n.24. El.

et in mediâ voce ΕϜΓΑΟΙΟΙ n.24. ΔΙϜΙ n.29. cum quo comparandus nominativus est Ζεύς, in quo idem litterâ Υ expressum habes (cf. δῖος, unde latinum *divus*). Corp. Inscr. n. 14. ΠΕΔΑϜΟΙΚΟΙ (i. e. μέτοικοι) et ibid. n. 1582. ΚΩΜΑϜΥΔΟΣ, ΤΡΑΓΑϜΥΔΟΣ etc. ab ἀείδω. Singulare est in titulo ionico n.44. ΑϜΥΤΟ (αὐτοῦ), in quo Buttmannus notat melius scripturum fuisse quadratarium ΑΥϜΤΟ. Cf. C. I. n. 1639. ΒΑΚΕΥϜΑΙ et Boeckh. I. p. 720. Scilicet Υ in his crassiorem habuisse sonum videtur, ut fere hodierni Graeci faciunt afftos (αὐτὸς) pronuntiantes. Reperitur etiam in nummis Faliscorum Etruriae et in pluribus aliis Achaeorum, Boeotorum etc. Aeoles ante Ρ interdum praefigere digamma notum est. vid. ad n. 24. Idem a Doribus et maxime a Spartanis etiam in aliis vocibus fit, tum in iis, quae vulgo digamma habent, ut βείκατι (γίκατι i. e. εἴκοσι), tum in nonnullis, in quibus digamma obtinuisse aliunde non constat. Et Laconibus quidem, ubi pro spiritu est Β, transiit is in digamma. Sic pro ἀγός (i. e. ἡγεμών) dixerunt βαγός, ut pro ἀλκιώτας Cretenses βαλκιώτας et (licet ὀρθός vulgo non recipiat digamma) pro Ὀρθαγόρας Dores Βορθαγόρας (vid. n. 22.). cf. Hesych. v. βορθαγορίσκια, βίσχυν. Ceterum in aliis videtur Ο cessisse in locum τοῦ δίγαμμα, ut Ὄαξος v. Corp. Inscr. II. p. 401. Posteriore tempore obtinet etiam forma Ϲ, ut ϹΑΞΙΩΝ in nummis ap. Froehl. et Eckhel. et receptâ numeratione litterali, episemi quod vocatur munere fungitur (Ϲ Ϛ) ϛ. v. Boeckh. Oecon. civ. Athen. II. p. 385. sq. Eckhel. D. N. IV. p. 383. sqq.

Ι. Corp. Inscr. n. 30. in galeâ votivâ in Alpheo repertâ; quem titulum vid. ad n. 21. In dialectis substituitur ΣΔ vel Δ; vid. ad n. 36. cf. Osann. Midas. p. 75. Ceterum non diversa est forma in vasculo alphab. de quo p. 21.

⊟ Β mox Η, spiritus asp. n. 1. Ther. n. 22. Arg. n. 27. Syrac. Cf. C. Inscr. n. 1. ubi Gesenius (Mon. Phoen. p. 63.) putat non opus esse ut forma ꟼꟼ mutetur in ⊟. Haec spiritus asperi nota omittitur vel priscis temporibus praecipue in articulo, n. 27. Syrac. ex Olymp. 76. Omittitur praesertim in Aeolicis, n. 23. n. 24. cf. n. 28. Nam Aeoles e. c. ἀμέρα dixerunt et ἐσπέρα et ἄγιος (v. Interpr. ad Greg. Cor. p. 578. 637.), unde Ψιλωταὶ dicti sunt. Neque incredibile est

parti Aeolum recte tribui posse, quod in universum pronuntiat Grammat. Vatic. p. 689. ed. Greg. Lips. ὡσαύτως καὶ πάντα τὰ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα. V. Giese de dial. aeol. p. 339. sqq. Boeoti certe non prorsus neglexisse spiritum asperum videntur. v. Corp. Inscr. n. 1637. 1642. 1563. et Boeckh. ibid. p. 719.

Haec littera mature vocalem ἦτα designat. vid. Introduct. p. 19. 24. et n. 1. Ther. Quo usu confirmato Graeci exceptis Atheniensibus spiritus notam figurâ ⊢ expresserunt. Cf. Corp. Inscr. n. 1051. Quod signum deprehenditur in tabulis Heracleensibus, in vasculis quum aliis, tum Paestanis, in nummis, etc. cf. tit. ion. in Corp. Inscr. n. 2919. et Giese de dial. aeol. p. 318.

⊗ ⊕ Corp. Inscr. n. 1. Criss.
⊗ n. 16. Ther. n. 22. Arg. cf. Corp. Inscr. n. 32. M. Graec.
⊗ n. 29. Arg.
⊕ n. 1. *e*. Ther. n. 28. Arg. ⊕ n. 44. Del. cf. Corp. Inscr. n. 1592. Boeot.
ʘ n. 23. Petil. et saepius. Haec littera interdum, ut O, minore formâ exaratur. Vid. n. 1–20. Ther.

ϟ ϟ n. 4. 6. Ther. (sed n. 15. *b.* contra ordinem). n. 23. Petil. cf. Corp. Inscr. n. 5. M. Gr. n. 37. Phlias. ubi debebat esse inversum ϟ. n. 30. in galeâ votivâ ad Olymp. repertâ inversa littera est, quum debuerit ϟ esse. In eo autem alphabeto, in quo haec forma τοῦ ἰῶτα, sigma est M.

ᒋ n. 13. Ther. (contra ord.)

ᒧ n. 5. Ther. (sed n. 13. contra ord.). In n. 1. d. ex Rossii apographo ʖ. cf. n. 21. Mel. Etiam in nummis aliquot Magnae Graeciae, et in nummo Gortyniorum (v. Payne Knight. de Alphab. p. 114.).

8 n. 19. Ther. (contra ord.)

S n. 1. *a.* n. 5. Ther. (sed n. 8. contra ord.). Modo longior ductus est, modo brevior. cf. ibid. n. 3.

ʔ n. 4. Ther. (contra ord.)

ʕ n. 4. vs. 2. Ther.

ʔ n. 13. extr. Ther. simile litterae πῖ. vide tamen nos ad h. l.

ʔ n. 12. Ther.

ʔ n. 1. *b.* Ther. cf. ibid. n. 7.

) n. 14. Ther.

ʃ n. 26. Corinth. cf. n. 20. et vasc. ant. in Mon. Inedd. Inst. Arch. Rom. 1836. tab. XXXVIII. A.

I n. 22. Arg. n. 24. El. n. 44. Del. cf. C. Inscr. n. 1. Criss. n. 1639. Boeot. et vascul. alphab. de quo p. 21.

Ҡ n. 1. *a.* n. 8. Ther.

K n. 13. Ther. n. 24. El. cf. n. 25. Sam.

K n. 19. Ther. n. 28. Arg. n. 21. Mel. n. 23. Petil. etc.

K n. 7. Ther. n. 22. Arg. n. 26. Corinth. n. 27. Syrac. n. 44. Del. cf. C. I. n. 1. Criss. n. 1639. Boeot.

V ⱶ n. 30. Delph. Cf. Corp. Inscr. n. 32. M. Graec.

ᒪ n. 35.

ᒪ n. 34. Pelop.

L ⊢ n. 22. Arg. quae formae eodem redeunt ut E et ⨽.

⊢ n. 28. n. 50. Arg. (cf. Corp. Inscr. n. 14. 18. 19. Arg.). Nihil differt ⊢ n. 25. Sam.

ᚣ n. 1. 7. 9. Ther. n. 21. Mel. Nec multum differt ∧ n. 23. Petil. vel ∧ ᚣ n. 24. El. n. 44. Del. qualis forma etiam in nummis Cauloniae et Lai cernitur (Eckh. D. N. Prolegg. p. C.) cf. vas ant. Magnae Graeciae in Mus. Berol. (Gerhard neuerw. Denkm. n. 1580.). Singulare est ∧ n. 3. Ther. cum quo conferenda forma litterae Delta Δ ibid. 12.

De his formis litterae Lambda cf. Giese de dial. aeol. p. 263.

M M n. 1. *b.* 4. Ther. n. 22. Arg. n. 23. Petil. n. 26. Cor.

M n. 21. Mel. (cf. vasc. alphab. supra p. 21.). Nota vs. 2. formam M et vid. Gesen. Mon. Phoen. p. 62. Ubi hae formae obtinent, sigma est M.

M n. 24. El. cf. Gesen. Mon. Phoen. p. 62.

M n. 3. Ther. Ubi hae formae, ibi sigma est ≶ vel Σ, ut n. 27. cf. n. 44. Del.

N n. 22. Arg. n. 21. Mel. n. 23. Petil. n. 25. Sam. n. 29. Arg. n. 32. Sig. cf. C. Inscr. n. 13. Arg. n. 1599. 1639. Boeot.

N n. 1. 2. 3. Ther. etc. n. 26. Cor. n. 44. Del.

Ν N n. 24. El. n. 27. Syrac.

Singularis forma est in vasculo alphabet. supra citato p. 21., ubi μῦ est Μ.

ΚΜ ΚΜ i. e. ΚΣ n. 1. a. n. 4. Ther. n. 21. Mel. ex veteri Aeolismo Doribus quoque usitato, in alphabeto, ut videtur, quod litterâ χῖ caruit. Greg. Cor. de dial. aeol. §. XXXIX. ἀντὶ δὲ τοῦ ξ κσ προφέρουσι, ξένος, κσένος, καὶ ἀντὶ τοῦ ψ πσ, Πέλοψ, Πέλοπσ. cf. ad ψῖ. Receptâ litterâ χῖ plerique χσ pronuntiarunt, ut n. 30. ΕΥΣ cf. Corp. Inscr. n. 1639. Boeot. De Atticis v. Pars II. Ceterum litteram ξ antiquissimam fuisse atque in certis quibusdam civitatibus Doricis et Aeolicis usurpatam iam eâ aetate, quâ antiquissima scripturae ratio obtinebat, hodie certissimum est; putandumque in Ioniâ et Atticâ, ut digamma aliasque litteras, longum per tempus evanuisse, donec Simonidis aetas eam pristino honori reddidisset. Eius formae hae sunt:

+ n. 23. Petil. quae forma inprimis Italica reperitur etiam in nummis. Vid. num. citat. sub litt. Σ. Ubi ea obtinet, ibi χῖ est Ψ.

Χ Corp. Inscr. n. 1194. 1195. Arg. ubi χῖ est Υ. cf. nummos Naxiorum (Mionnet. Tom. I. p. 262.).

Ξ Ξ n. 45. Miles. Cf. Corp. Inscr. n. 37. Phlias. ubi

··ΜΟΦΡΟΒΜΟΤΣΑΤΞΞΞΔ

hoc est: δέξεται τὸ[ν] ὅρκον.

Η n. 50. Arg. obliquata, quam in locis litterarum flore minus insignibus delituisse iudicat Boeckh. cf. Rose Inscr. Vetust. p. XXVII. Et similis forma est ⊞ in vasculo alphabetico, de quo p. 21.

Θ n. 1. Ther. n. 28. 50. Arg. frequens in titulis Doricis et nummis vetustis Crotonis (cf. Corp. Inscr. I. p. 91. ubi habetur ⊠ pro Θ) et Cauloniae. Cf. Corp. Inscr. n. 12. 14. 18. 19. Arg. Ubi haec littera, ibi θῆτα est ⊗ ⊕.

Ο n. 3. 4. 5. etc. Ther. aliquoties. n. 23. Petil. n. 25. Sam. Ο n. 44. Del. etc. cf. Corp. Inscr. n. 1. n. 5. De aetate formae ◇ Corp. Inscr. n. 1599. Boeot. non liquet. Remotioris antiquitatis esse una cum formis Β Ρ et Ρ verisimile est. Cf. Barthel. Act. Acad. Inscr. T. XXIII. p. 420. coll. Mazoch. Prodr. ad Tabb. Heracl. Diatr. III. c. 1. p. 125. Ceterum haec littera crebro charactere minore exa-

ratur, ut n. 1-20. n. 21. n. 24. n. 26. n. 27. n. 30. n. 31. etc. cf. Mazoch. l. c.

ᒋ n. 1. *a. b.* n. 6. 12. Ther. n. 26. Corinth. cf. Corp. Inscr. n. 31. et vascul. alphab. de quo p. 21.

ᒥ n. 3. 16. Ther. n. 22. Arg. n. 21. Mel. n. 23. Petil. n. 24. El. n. 27. Syrac. n. 28. Arg. cf. Corp. Inscr. n. 5. 13. 14. Singularis pro aetate tituli est forma Π Corp. Inscr. n. 32. M. Gr.

ϙ n. 1. *b.* Ther. n. 29. Arg.

ϙ n. 50. Arg. ut in antiquissimis Crotonis nummis.

ϙ Corp. Inscr. n. 32. M. Graec. cf. ibid. n. 37. ubi Φ, quem titulum vid. sub litterâ ξι; cum quâ formâ contulerim n. 2. Ther.

ϙ in vasculo alphabetico M. Graeciae, de quo p. 21. Forma est prorsus Phoenicia. Littera Koppa inprimis sequente O scribi solet vid. n. 26. 29. 50. Corp. Inscr. n. 31. quem titulum attulimus ad n. 29. Verum etiam ante consonas, ut in vasculo (Mon. Inedd. Inst. Arch. Rom. 1836. tab. XXXVIII. A.) ubi ΒΕϘΤΟΡ (i. e. Ἕκτωρ). Haec littera occurrit in terris Doricis Dorumque titulis maxime e viciniâ Argivorum, in nummis Corinthi eiusque coloniarum aliarumque civitatum, ut Crotonis (Eckh. D. N. II. p. 245. et de episemo koppa IV. p. 390. 392.).

R n. 50. Arg.

Ʀ n. 27. Syrac. n. 30. Delph. Cf. Corp. Inscr. n. 18. 1599, ubi Ʀ, et nummos Agrigentinos.

Ρ n. 1-20. Ther. Non multum differt ᐅ n. 21. Mel. Cf. Gerhard. Rapp. Vole. tab. Alph.

Ρ n. 23. Petil. n. 25. Sam. n. 28. 29. Arg. n. 44. Del. cf. formam P Corp. Inscr. n. 14. Arg.

Ceterum cave putes alteram alterâ formam antiquiorem esse. Quadratarii certe, prout casus ferebat, modo magis rotundum, modo acutius hoc elementum vel remotioribus temporibus videntur exarasse. cf. n. 47.

M n. 1-20. Ther. n. 22. Arg. n. 21. Mel. n. 23. Petil. n. 25. Sam. n. 26. Corinth. cf. C. Inscr. n. 1. Criss. n. 5. M. Graec. et vas ant. Magnae

Graeciae in Mus. Berol. (Gerhard neuerw. Denkm. 1836. n. 1580.), dein nummos Sybar. et Posidon. ap. Lanzi (Sagg. di Ling. Etr. I. p. 112. cf. p. 111. et tab. IV. n. IX.), et quos primus Winckelm. edidit (Arte del disegno III. c. 1.). In quo alphabeto haec forma litterae sigma obtinet, in eo *μῦ* est M.

ϟ n. 24. El. cf. Corp. Inscr. 1599. 1639. Boeot. Prior forma, quae in scripturam a dexterâ ad sinistram currentem cadit, interdum etiam in versibus deprehenditur vulgari ordine exaratis, ut n. 24. vs. 1. n. 32. cf. Corp. Inscr. n. 28. Negligentius pictae formae sunt n. 35. n. 33. n. 44. Del.

{ quam formam Euripides *βοστρύχῳ εἱλιγμένῳ*, Agathon *τόξῳ Σκυθικῷ* comparavit. Exstat n. 32. et in tit. Tegeat. Corp. Inscr. n. 1520. FA{{TYOΨO (i. e. *Fασστυόχω*). Cf. vascul. alphab. supra citatum p. 21. ubi videbis quam proclivis sit huius litterae natura ad formam Σ recipiendam.

Σ n. 27. Syrac. ex Olymp. 76. n. 28. Arg. n. 45. Miles. Cf. C. Inscr. n. 18. Haec forma prius apud Dores invaluit quam apud ceteros Graecos.

T ubique parum variata, vel T vel T cf. vascul. alphab. M. Graeciae, de quo p. 21.

V n. 21. Mel. n. 23. Petil. n. 24. El. n. 27. Syrac. n. 50. Arg. n. 3. Ther. quae tamen inscriptio ceteris Theraeis recentior videtur. Cf. Corp. Inscr. n. 5. M. Gr. n. 1639. Boeot. Huic formae par est U ibid. n. 32. M. Gr. et V n. 1172. Arg. cf. nummos citatos sub litt. *S.*

Y n. 1-20. Ther. n. 22. 28. Arg. cf. vas ant. M. Graec. in Mus. Berol. (Gerhard neuerw. ant. Denkm. I. 1836. n. 1580.). Parum differunt formae in n. 25. et n. 26. Cor. n. 44. Del. cf. C. I. n. 1599. Boeot. et vascul. alphab. de quo p. 21. ubi promiscue Y et Y.

ΓB ΓH n. 5. 12. 17. Ther. n. 21. Mel. Olim pro aspiratâ tenuem additâ spiritus notâ, ut apud Romanos, scriptam esse diserte tradunt Grammatici et Graeci et Latini. Villois. Anecd. II. p. 161. Bekk. Anecd. II. Schol. Dionys. Thrac. p. 780. Priscian. I. p. 542. Mar. Victorin. p. 2469. 2459. Ex quo sequitur, scripsisse veteres TH pro ⊗, ΓH pro Φ et KH pro X. De scriptura ΓH et KH hodie

iam nemo dubitat. Sed num TH pro ⊗ unquam scriptum fuerit, propterea ambigi potest, quod ⊗ una cum alphabeto Phoenicio ad Graecos transiit. Unde in titulis Theraeis (n. 1-20.) habes ⊕ et ΓΒ et ΚΒ. Cf. Introd. III. §. 3. Quod autem putatur pro aspiratâ olim tenuis in usu fuisse sine aspirationis notâ (Villois. Anecd. II. p. 121. Barthel. Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXIII. p. 420.), id falsissimum est; necdum alia praeter Fourmontiana exempla videmus. v. infra n. 36. et Corp. Inscr. I. p. 59. Neque vero, quâ aetate inscriptio Melia (vel Theraea) exarata est, litterae Φ et Χ ubique terrarum ignotae fuisse putandae sunt, quae aliis in locis citius, aliis serius sunt receptae neque omnes eodem tempore comparuerunt. Cf. Introd. III. §. 3. 5. Et litterae *φῖ* quidem in antiquissimis titulis hae formae sunt:

⊘ Corp. Inscr. n. 1. Criss.? Infra n. 44. Del. ubi ⌀, cum quo cf. tit. Sig. n. 32. ⌀ et vasa ap. Gerhard. (Rapp. Volc. tab. Alph.).

ϕ n. 26. Corinth. De formâ ϙ cf. supra de vasculo alphabetico M. Graeciae p. 23. not.

ΚΒ ΚΗ n. 1. *a*. Ther. n. 21. Mel. de quâ scripturâ vid. ad *φῖ*. Praeterea litterae *χῖ* in antiquissimis titulis hae formae reperiuntur:

Ψ n. 23. Petil. n. 24. El. cf. Corp. Inscr. n. 13. 1520. 1639. et numeros tituli Orchomenii App. II. pr. (C. I. n. 1569.). Parum differt Ψ n. 30. Delph. Cf. C. Inscr. n. 1194. 1195. Arg. n. 1599. 1642. 1646. 1647. Boeot.

+ n. 28. 50. Arg. et vasa Magnae Graeciae, ut Mus. Berol. (Gerhard neuerw. Denkm. I. 1836. n. 1580.). Nihil differt forma in basi vasculi alphab. de quo p. 21.

Χ n. 26. Corinth.

ΓΜ i. e. Ψ n. 10. Ther. vid. ad *ξῖ*, et cf. Corp. Inscr. n. 17. (quae nobis est n. 28.), ubi tamen post Rossii apographum de voce Πέλοπς iam cogitari non potest. Ceterum Ψ habes in alphabeto vasculi M. Graeciae (p. 21.) in quo *χῖ* est +.

---

§. 3. DE ORTHOGRAPHIA.

In orthographia ut vel posteriore tempore variatum atque a vulgari recessum regulâ est, quemadmodum formae ΟΛΥΝΠΙΟϟ (n. 24. cf. C. Inscr. n. 30. et 169. vs. 33.), ΑΜΕΝΠΗΕΜ (n. 21.), ΗΕΚΑΤΟΝΠΕΔΟΙ (Corp. Inscr. n. 141.), ΚLΕΟΝΒΡΟΤΟϟ et ϟVΝΦΕΡΜΙΟϟ (n. 47.), LΑΝΒΑΝΕΝ (n. 48.), ϟΥΝΜΑΨΙΑ (n. 24. cf. Corp. Inscr. n. 73[b]. in Add. vs. 23. 30. 40.), ΕΝΛΥϟ (n. 24.), ΕΝΚΑΙΡΟϟ (Corp. Inscr. n. 41.), et antiquitus habentur, et in recentioribus inscriptionibus, ut Corp. Inscr. n. 90. ΠΕΝΠΤΗΣ. n. 2347. (cf. n. 99. 1933. 2347.) ΟΛΥΝΠΙΟΝ. n. 1811. ΠΑΝΦΙΛΟΥ. n. 112. ΣΥΝΠΡΟΕΔΡΟΙ. n. 93. ΕΝΓΡΑΨΑΙ, (vid. Giese de dial. aeol. p. 85. sq. cf. infra n. 68. 122. 133. et Corp. Inscr. n. 2335. 2347. *c.*) ita priscis temporibus consentaneum est Graecos etiam plura sibi indulsisse. Quo pertinet scriptura (Corp. Inscr. n. 1.) *ἄπϑιτος* p. *ἄφϑιτος*; ex qua apparet, quam rationem Grammatici in litteris eiusdem organi concurrentibus retinuerunt ut tenuem statuerent pro aspiratâ (ut Πιτϑεύς, Σαπφώ, Βάκχος), eandem nondum confirmatâ orthographiâ etiam in diversi organi litteris non esse devitatam. cf. Boeckh. Praef. XXI. Remotae antiquitatis est etiam duplices consonas simplici litterâ designare, ut n. 22. *Ἰπομέδων*. n. 24. vs. 4. *ἀλάλοις*, ibid. *ἄλ* (p. *ἄλλ*), vs. 7. (cf. vs. 8.) *καδαληµένῳ* (p. *καδδαληµένῳ*). extr. *ἐγραµένῳ*. n. 27. *Τυράν'* et in titulo Theraeo n. 16. *Θαρυπτόλεµος*. Vid. Boeckh. in Act. Acad. Berol. 1836. p. 86. Qui usus ne in recentioribus quidem titulis vitatur. V. Corp. Inscr. n. 160. vs. 55. 97. n. 168. *b.* 171. 255. et vasa antiqua ap. Gerhard. Rapporto Volc. (Annal. Inst. Arch. Rom. 1831.). Neapels ant. Bildw. p. 343. Bullett. 1829. p. 76. Memorabile est etiam Σ ante Τ duplicatum in titulis antiquissimis, ut n. 30. *Ἀριστ*το[*γείτων*]. n. 31. *Fασσ*[*τυόχου*]. n. 50. *Τελέσστας*. Corp. Inscr. n. 13. *Ἀριστστόδαµος*. et ad n. 25. ubi id etiam e recentioribus titulis enotatur in quibus praesertim boeotici, ut n. 1571. *Ἀσσκλαπιάδας*. n. 1638. *Ἀρισστοφάνης*. n. 1608. *ἐσστωσαν*. Cf. Gerhard. Neap. ant. Bildw. VII. 3, 1. 60. Millin Peint. de vas. I. pl. X. Millingen Peint. antiqu. et ined. de vas. XLVI. Uned. anc. mon. pl. XXVII. Ross. Inscr. gr. inedd. n. 81. vs. 16. 17. Quippe talia interdum ex antiquâ scripturâ resederunt. Nec multum aberrare Boeckhius videtur, qui eâ scripturâ pinguiorem sonum putat designari similem nostro sch, natum fortasse ex Dorico San. Et haec quidem de consonis. Diphthongus *ου* antiquis temporibus simplici litterâ O scribitur; quae ratio Atticis vel post Euclidem diu obtinuit. Vid. Part. II. Cap. III. pr. Huius rei testes etiam scriptores sunt, ut Plutarch.


de garrulitate p. 39. ubi οὖ μέγα significat *magnum* O. Suid. v. Φιλόξενος· Μεταπεμπομένου δὲ Διονυσίου αὐτὸν καὶ ἀξιοῦντος διὰ γραμμάτων ἐλθεῖν, Φιλόξενος ἀντιγράφειν μὲν οὐκ ἔγνω, λαβὼν δὲ τὸ βιβλίον τὸ O (sic scribendum iam Boeckh. notat) στοιχεῖον ἔγραψε μόνον πολλάκις ἐν αὐτῷ, διὰ τούτου δηλώσας, ὅτι τὴν παράκλησιν διωθεῖται. Cf. Quintilian. I. 7. Append. Proverb. Vatic. ubi diserte O, et Ausonii epist. XXV. quae exempla Boeckh. ad Herodis columnas n. 26. (nobis 33.) attulit. Subtilior est causa diphthongi ει. Nam quum constet Atticos modo EI modo E scripsisse (vid. Pars II. Cap. III. pr.) et E quidem maxime in terminationibus iisque vocibus, in quibus sonus magis ad E simplex accederet, Aeoles et Dores simili videntur ratione usi esse, ut, quantum quidem ex paucis, quae supersunt, fragmentis licet iudicare, E scriberent in iis vocibus, in quibus ει per productionem fit, ut EΠOIE (Ther. n. 6.), quod proprie est ἐποίεε, et ΠEPΛIEYM (Ther. n. 1. *a*.); EI autem in iis, quibus iota primitivum est nec factum ex productione syllabae, ut in Theraeis n. 12. Φειδιπίδας, n. 13. Ἰσοκλείδαο (vid. Boeckh. l. c. p. 85.), n. 14. Πείσα[νδρος]. Cf. Corp. Inscr. n. 18. Ὀφελλοκλείδας. n. 19. Σωκλείδας. Quam rationem etiam apud Atticos obtinuisse infra videbimus. Unde aeolica infinitivi terminatio in EN (ut ἄρχεν, cf. n. 32. Sig.) Atticis aeque atque Aeolibus Doribusque communis est. De cognatione sonorum E et EI cf. Titz. ad Moschop. p. XIII. Herm. de emend. Gr. Gr. Rat. p. 63. Quamquam scriptura plenae diphthongi citius in aliis, in aliis serius videtur invaluisse. Sic in voce εἶ (C. I. n. 1.) verisimile est diphthongum prius scriptam fuisse quam in aliis vocabulis, quemadmodum Attici HOYTOΣ et OYK scripserunt, dum in plurimis vocibus simplici O efferunt diphthongum. Vid. Pars II. Cap. III. pr.

Ceterum O et E vocalium longarum vices gerere non est cur moneamus (cf. Plat. Cratyl. p. 287. Bip.).

§. 4. DE INTERPUNCTIONE.

Interpunctionis ratio vaga est atque inconstans. In universum eius vis in veteribus titulis ea potissimum est, ut certa vocabula a reliquis clarius separentur, nullâ ratione structurae habitâ. Ita n. 42. (C. Inscr. n. 33.) habes τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων: εἰμί. Ceterum praepositiones, articulum, particulas coniunctivas nullâ distinctione a vocabulis insequentibus divelli bene monuit Osann. Syll. Inscr. p. 74. cf. Rose Inscr. antiqq. Proleg. XLVIII.

Iam unum punctum, quod singula fere verba distinguit, videmus in antiquissimo Petiliensi n. 23. Sed illud magis Italici moris esse viris doctis merito videtur. Nec magis quaterna puncta Graecis tribui possunt. Nam





1. *d.*

2.

1. *e.*

4.

3.

10.

12.

13.

11.

17. Prokesch.

18.

19.

17. Ross.

neque inscriptioni (Corp. Inscr. n. 18.), quae quaterna praebet, fides est habenda utpote a Fourmonto descriptae, et inscriptiones in valle Phrygiae Doganlu repertae, quas Osannus in libello *Midas* inscripto pro graecis venditat, graecis illae quidem litteris, sed non graece compositae sunt. cf. Introd. III. 6. Graeci binis plerumque, interdum ternis punctis verba solebant distinguere, ut videre est in aere Eleo n. 24. aliisque vetustis monumentis, ut Corp. Inscr. n. 34. 38. etiam Atticis, ut n. 42. cf. n. 32. Sig. Ternae lineolae in titulo Delphico n. 30. distinctionem constituunt, ut in Atticis terna puncta. Quod Boeckhius statuit ternis punctis ante Euclidem in Atticis, binis post Euclidem fieri distinctionem, id non sine exceptione factum esse censendum est. Vid. Part. II. c. I. pr. c. II. pr. c. III. pr. c. IV. pr.

CAPUT II.

TITULI VETUSTISSIMI.

1-20.

In insulâ Therâ a. 1835. repperit Prokeschius, eques splendidissimus, vir de antiquitatibus optime meritus. Ex huius et Rossii apographis edidit et explicavit Boeckh. in Act. Acad. Berol. 1836. p. 41-101. unde tabulam exprimendam curavimus. In promontorio S. Stephani convalles sunt, in quibus plura exstant sepulcra, quorum vetustissima saxis praegrandibus basaltis vel ut Rossius mavult, cineris montis exstincti teguntur. Talibus in ruinis inscriptiones sunt n. 1. 2. 3. Lapis n. 1. tres pedes longus, duos latus, altus unum pedem, in quinque lateribus (*a. b. c. d. e.*) inscriptus est. Latus *a* est superficies lapidis, *b - e* partes laterales. Reliquarum inscriptionum num. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 18. 20. simpliciter rupibus insculptae illius regionis feruntur. N. 8. et 17. Rossio teste in pariete petrae austrum versus, n. 6. et 11. versus occidentem sunt. Denique n. 16. 19. ad titulos sepulcrales pertinent. Praeterea n. 7. Prokeschio et Rossio referentibus duos pedes altae sunt litterae; in elementis n. 8. octo pollices notat Prokeschius.

[*Vid. tab. insert.*]

Varietas lectionis. In inscr. 1. Prokesch. ubique O, excepto *b.*; Ross. ʘ. In *a.* vs. 4. prima littera ʞ Ross. altera ꟼ Prokesch. 4 Ross. In *b.*

dimidiatum O accessit ex Rossii apographo. In *d.* Tϟ Ross. B Prok. In 7. prima littera ⊧ Prok. In 8. ϡ Ross. In 17. lectionis varietatem ex Boeckhio dedimus *a. b.* Ceterum Rossius solum inscriptiones 1. *a. b. c. d. e.* n. 7. 8. 12. 17. miserat. De litteris earumque formâ v. cap. praeced. §. 2.

N. 1. 2. 3. inscriptiones sepulcrales sunt mera nomina exhibentes. In 1. *a.* leguntur: Ῥηξάνωρ, Ἀρχαγέτας, Προκλῆς, Κλεαγόρας Περαιεύς. *b.* Ἄγλων, Περίλας, Μαληκο- *c.* Κ----- *d.* Λεοντίδας. *e.* Ὀρθοκλῆς. Hi omnes in uno sepulcro conditi ad unam videntur familiam pertinere, quam regiam fuisse Therae probabiliter demonstravit Boeckhius. Quippe Theras Lacedaemone profectus insulae Therae ἀρχηγέτης fuisse dicitur (Herod. IV. 147. Paus. IV. 3. 3. cf. Müll. Orchom. p. 307.). Unde Ἀρχαγέτας denominatus est, ut Προκλῆς a Procle Spartae rege, cuius avunculus Theras est (v. Herod. l. c.). Μάληκος nomen est notum ex C. I. n. 611. Etiam Λεοντίδας cum Leonida Agiada componi potest. Nominis Ἄγλων (Ἀγλάων ex ἀγλαός, reducto accentu ut Ἀγάθων ex ἀγαθός) facile est cognationem deprehendere cum nomine Theraeo Ἀγλωφάνης, Ἀγλαοφάνης (C. I. n. 2460. 2461.) quem ex gente Aegidarum fuisse Boeckhius demonstravit (l. c. p. 97.). Ex lectione Prokeschii Κρεαγόρας est pro Κλεαγόρας; quae pronuntiatio, etsi analogiis non caret (cf. κλίβανος, κρίβανος), tamen in nostro titulo vix probari potest. Post hoc nomen quod sequitur Περαιεύς s. Πειραιεύς, id quum nomini Κλεαγόρας adiunctum videatur, quivis pro ethnico habere malit. Iam vero hominem peregrinum in sepulcro gentis Theraeae conditum fuisse non consentaneum est. Itaque in insulâ Therâ vicus fuerit necesse est, qui Περαία vel Πείραιον nominaretur. Ac septem per eam insulam vicos fuisse Herodotus refert (IV. 153.); quorum duo ex Ptolemaeo (Geogr. III. 15.) noti sunt *Eleusis* et *Oea*; tertium *Melaenas* in testamento Epictetae repperit Boeckhius (Corp. Inscr. n. 2448.). Qui tres vici mirum quantum congruunt cum demis Atticis. Atque ex coniecturâ Boeckhii cui nihil habeo quod opponam, his accedet quartus Attico simillimus Περαία vel Πείραιον. In quibus vel maxime memorabiles sunt *Eleusis* et *Oea.* Unde igitur haec cum Atticâ conspiratio? Thera certe semper fida fuit Spartae nec quidquam habuit commune cum Atheniensibus. Sed numerus vicorum septenarius ad Boeotiam respicit (Corp. Inscr. I. p. 729.) et nomina eorum paullo ante allata certe necessitudinem innuunt aliquam, quae inter Minyes et Atticos intercesserit. vid. Boeckh. l. c. p. 81-84.

Inscr. 2. nomen praebet, cuius tertia littera quid significet, haud facile est diiudicare. Quid tentari possit, Boeckhius praestitit, qui ductum singularem ϙ vel pro koppa vel pro cappa ϙ haberi posse notavit, ut le-

gatur Φώκυνος, vel pro ῥῶ, ut Φόρυνος (C. I. n. 1582. Φορύστας). At primam litteram pro φῖ habere ne ipse quidem satis tutum iudicavit; itaque tertiam formam proposuit Κόρυνος, in quâ omnino acquiesco. Nam koppa, cuius regularis forma est ϙ (v. inscr. 1. *b*.), etiam ita Φ exarari supra vidimus (alphab. titt. vetust. coll. Introd. III. 4.). In nomine n. 3. Πολυτίμα notabilis forma est litterarum lambda et my, cum quibus composita est forma vetustissima V. Cave tamen putes imitationem subesse scripturae.

Tres quae sequuntur inscriptiones 4. 5. 6. paullo plus quam nomina sistunt et referuntur manifesto ad imagines aut expositas aut insculptas. Primam legas: Ἀρίμανος τοῦ Ἕκνα Ῥόδιορ ἐξαίη, in quo, si Ἕκνα et ultimam vocem dempseris, nihil est quod offendat legentem. Terminatio Laconica in v. Ῥόδιορ etiam alias cum communi terminatione componitur (v. n. 24.). Nec sine exemplo est dictus Rhodius quispiam ante conditam Rhodum civitatem communem; cuius rei Boeckhius adstruit Simonidis Cei Epigr. 186. 212. Schneidew. et Thuc. III. 8. Sed nomen HEKMA in HERMA (Ἑρμᾶ) mutandum censet idem; quod concedi facile poterit, si lapidis addicat condicio. Plus difficultatis habet vox EKMASH, in qua inesse loci cuiusdam mentio vix potest. Unde quivis sibi persuasum habebit, verbum hic aliquod offerri, ut alias ἐποίει (cf. n. 6.) vel ἔγραψεν. Neque omnino ab re est de verbo ἔξεεν vel ἔξεσεν cogitare. Itaque positâ formâ ξάω (Lennep. de anal. L. Gr. XII. p. 174. Schneid. et Etymol. L. Gr. p. 467.) eâque cum verbis νάω, ναίω, μάομαι, μαίομαι comparatâ forma ξαίω sese obtulit, quae Aeolismo quodam facile in ξαίημι aliquando potuerit transire. Denique nomen Ἀρίμανος quem verisimile est nobilem fuisse pictorem Rhodium, Boeckhius videndum ait, ne in nomine ignoto *Arimnae* ap. Varr. (de L. L. IX. 6.) quaeri possit. Quod si cui probabile videatur, ex Micone, Polygnoti aequali, qui ibi nominatur, inscriptionem nostram ad tempora bellorum Persicorum referri coniiciat oportebit. Sed si haec satis probabiliter a Boeckhio disputata videbuntur, longe ingeniosissima ratio est, qua alteram inscriptionem (n. 5.) peius habitam illustratum ivit. Huius verbis partim a dexterâ partim a sinistrâ exaratis quin una inscriptio contineatur, dubitari non potest. Sed nec principium eius nec finem nec medium habemus. Ductus superstites hi sunt:

......υκλεος ἀδε..ε.......νι τὸν δελφὶς.....

Iam quum in τὸν δελφὶς verisimile sit a relativo pergere sententiam, cuius verbum desit, residuam dativi syllabam NS a nomine proprio quodam aut dei aut mortalis repetendam esse apparet. Atqui Κρονίωνι, Ποσειδῶνι, Ζηνί, Πανί, Ἀπέλλωνι propterea coniici non potest, quod vox δελφίς, quam vix no-

men proprium Δέλφις esse statuas, non facile invenerit, quo referatur. Itaque, quamquam Apollo Delphinius legentem possit aliquantisper convertere, tamen res Arionis sponte sese offert. Dativus igitur erit 'Αρίο]νι vel 'Αρίω]νι (de posteriore forma cf. Suid. v. 'Αρίων, et Corp. Inscr. n. 1242.). Conspirat autem cum hâc coniecturâ quodam modo etiam exitus nominis in principio positi ...υκλεος. Nam Arionis pater Κυκλεὺς fuit (cf. Suid. s. v. et epigr. Arionis ap. Aelian. H. A. XII. 45.) de quo nomine, quod sunt qui ut mythicum damnent, v. Boeckh. l. c. p. 75. sq. coll. eiusd. Metrol. Unters. über Gewichte und Münzf. 1838. p. 208. Et in medio quae leguntur litterae, nullo negotio ΑΔΕ[ΛΦΒ]Ε[ΟΣ] i. e. ἀδελφεῷ s. ἀδελφειῷ praestant. Minus enim verisimile videtur Κυκλέος ἀδελφὸν appellari. Itaque in iis, quae praecedunt, Κυκλέος filius nominatus est, qui fratri Arioni his verbis fortasse ἀναθήματι inscriptis monumentum posuerit. Iam ex positu vocabulorum quivis sentiet versum fuisse heroicum, cuius pentameter a verbis τὸν δελφίς principium ceperit. His ita positis Boeckhius epigramma exempli gratia ita concinnavit:

Κυκλείδας Κ]υκλῆος ἀδε[λφ]ε[ιῷ 'Αρίω]νι,
τὸν δελφὶς [σῶσε, μνημόσυνον τέλεσεν.

Nomen 'Αρίωνι aut pro paeone tertio est (cf. Κρονῑων, Κρονῑονος, Κρονῐων, Κρονῐωνος), aut synicesi adiuvetur licet, ut in Homerico illo 'Ενυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. Postremo huic coniecturae favet aliud argumentum ex Posidone Theraeo petitum, cuius ad templum pertinere haec ipsa inscriptio videtur. Cultus Posidonis in insulâ Therâ perantiquus est (Schol. Pind. Pyth. IV. 11.). Hunc ex Taenaro derivatum esse pluribus ex indiciis colligitur (v. Boeckh. l. c. p. 48. 49.). Accedit similitudo topographica. In ipso promontorio Taenaro Pausaniâ teste (III, 25, 4.) templum est speluncae simile, in cuius primo aditu signum Posidonis. Atque ex descriptione Prokeschii templum Posidonis Theraei in promontorio supparem situm habuit in speluncâ; cuius in petrae fragminibus nomina insculpta sunt innumerabilia. Itaque ut Posidoni Taenario Arion ipse ex mari salvatus hominem dedicavit delphino insidentem (Herod. I. 24. Dio Chrysost. II. p. 102. Reisk. Paus. III. 25. 5.), ita frater eius memoriam ad templum Posidonis Theraei videri potest celebrasse. Quo concesso titulus noster Olympiadibus 40. compositus videtur. De fabulâ Arionis multi varie docteque disputarunt (v. Müll. Dor. II. p. 369. Plehn. Lesb. p. 165. sq. Ulrici, hist. poës. gr. II. p. 351. Welcker in Mus. Rhen. I. 3. 1833. p. 392. sq.). Ut saepius, in hâc quoque fabulâ falsa veris mixta sunt. Nam quemadmodum Simonidem videmus Tyndaridis (Schneidewin ad

Simon. Cei reliq. p. XII. sqq. coll. fragm. 71.), Pindarum Pani (Boeckh. Pind. fragm. Parthen. p. 591. sqq.), ita Arionem cur delphino a diis maritimis sibi submisso salutem suam tribuisse negemus, nulla causa est. Immo etiam donarium illud Neptuno Taenario dicatum facile ab ipso poterat esse Arione; modo secernas id, quod neglectâ donarii significatione symbolicâ fabulae postea affinxerunt. Quo pertinet Corinthiorum Lesbiorumque narratio de Arione delphini dorso per mare transvecto, pertinet carmen ap. Aelian. H. A. XII. 45. male tributum Arioni et epigramma,

'Αθανάτων πομπαῖσιν 'Αρίονα Κυκλέος υἱὸν
ἐκ Σικελοῦ πελάγευς σῶσεν ὄχημα τόδε,

quod donario illi inscriptum fertur (Aelian. l. c. cf. Anthol. I. p. 49. ed. pr. Anthol. Palat. Append. n. 105.).

Inscr. 6. 'Επάγατος ἐποίει. Nomen 'Επάγατος non cum recentioris aetatis 'Επάγαθος comparandum sed a formâ verbali ἀγατός (ἀγαστός) derivandum est, unde etiam 'Αγατίας. Ceterum haec inscriptio unica est, quae, quum a dexterâ ad laevam exarata sit, unius versus modum excedat. V. Cap. I. §. 1.

Reliquae inscriptiones n. 7 - 20. rursus mera nomina praebent. Harum n. 16. et n. 19. sepulcrales sunt. Ceterae pietati debentur veterum, qui locos sacros adeuntes nomina sua rupibus soliti sunt insculpere. Hinc n. 7. 'Ερασικλῆς, n. 8. 'Ιατροκλῆς, n. 9. Θεμισ]τοκλῆς vel 'Αρισ]τοκλῆς vel simile quiddam, quae nomina sunt in insulâ Therâ frequentata (cf. Boeckh. l. c. n. 32. 81. et Corp. Inscr. n. 2461. 2463. *b*.). Notabile nomen est n. 10. Ψήν. N. 11. 'Ιάρων, in quo omissa spiritus nota fortasse ab aeolismo Peloponnesiaco repetenda est. Nam etsi Aeoles plerumque ἶρος vel ἶρος (v. Giese, de dial. aeol. p. 409.), tamen formam ἴαρος non ignotam fuisse ex voce ἐπιάρῳ (v. aes El. n. 24.) colligi potest. Dores certe HIAPON dixerunt (v. gal. Hieronis n. 27. cf. n. 17.). Inscr. n. 12. Φειδιππίδ[ας] πόρνος. De consonâ simplici v. Cap. I. §. 3. Nomen appellativum πόρνος litteris negligentius insculptis ab alia manu additum videri refert Rossius. Unde salsam irrisionem agnoscas. Inscr. n. 13. vitii aliquid traxit. Boeckhius in fine primi versus addit O, quo articulus efficiatur (cf. n. 4.). In altero versu ultimae duae litterae AB in ΛΕ mutandae videntur. In tertio denique penultima littera haud dubie O fuit, non ⊗. Habemus igitur 'Ισάος τοῦ 'Ισοκλείαο ϑετός. Iam quum 'Ισοκλείαο nihili esse videatur, neque A in Δ mutari possit (nam terminatio 'Ισοκλείδου contra antiquitatem huius tituli pugnaret, cf. test. Epict. ubi Προκλείδα et similia), Boeckhius litteram Δ excidisse putavit restituitque 'Ισοκλεί[δ]αο. Et de nomine quidem nihil est causae, cur dubitemus. Vide tamen, ne faci-

lior sit ratio emendandi, si vs. 2. iota non magis incurvatum, quam est n. 14., cum ꟻ ita coaluisse conieceris, ut transcribentibus figuram B obtruderet, formam autem illam vs. 3. quam pro iota habuit Boeckhius, dixeris fuisse ⦒, cuius crus sinistrum una cum lineola inferiore in lapide fortasse evanuerit. Delta ita formatum habes n. 12. Sed utcumque statueris, certa lectio videtur esse:

Ἰσάος τοῦ Ἰσοκλείδαο θετός,

in quo Ἰσάος ex Aeolismo est pro Ἰσαῖος (cf. Ἀλκμαίων, Ἀλκμάων, Ἀλκμάν, et Greg. Cor. p. 596. Schaef. et Francke ad Inscr. a Richtero coll. p. 256.) Isaeus igitur filius adoptivus est Isoclidae. Ambos etiam propinquitate coniunctos fuisse nominum similitudo docet. Uterque autem ex gente regiâ fuit. Unde Isocles in familiâ Epictetae (v. test. s. c.) et alius archon vel Caracallae temporibus (C. Inscr. n. 2457.). Inscr. n. 14. Πεισά[νωρ] vel Πείσα[νδρος] vel simile quiddam. N. 15. *a.* nihil exsculpi potest. *b.* Δωρι[ε]ύς videtur esse, cruribus duobus litterae E oblitteratis (cf. Prokeschii lectionem in n. 7.). Memorabilior est inscr. sepulcralis n. 16. Θαῤῥυπτόλεμος, in quo nomine vulgaris forma Sigma comparet, nisi formam M iacere obtinueris. Nam in alphabeto, in quo ᛖ est, Sigma si non M, certe Ʃ exspectaveris. Consona ϱ simplex est in nomine a θάῤῥος (θάρσος) composito. Itaque ex hâc inscriptione sequitur ῤῥ, quod simplici consonâ repraesentatur, in vetere Dorismo locum habuisse, unde in linguam Atticam transierit (cf. Χεῤῥόνησον C. Inscr. n. 143. et Annal. Inst. Archaeol. Rom. 1836. tab. D. n. 4. Plat. Legg. V. 378. *c.*), recteque in galeâ Hieronis (n. 27.) scriptum esse TYPAN pro TYPPAN, cf. Boeckh. l. c. p. 87.

Quae reliquae sunt quattuor inscriptiones, in iis vix operae pretium est tempus consumere. N. 17. ex neutro apographo quidquam eruas nisi nomen inesse in -φῶν terminans, fortasse ꟽΟΒ˥[Ο]Ⅎ[A]ʔB, i. e. Ἱαροφῶν. N. 18. si nomen est, Ἑ[ϱ]μᾶς legi potest. N. 20. quum terminatio AO certa sit, diphthongus OY autem in his titulis locum non habeat, Boeckhius formam ᛚ in ᚦ (i. e. Δ cf. n. 4. et Alphab. titt. vetust.) mutandum, et ᛋ pro iota Ϟ (cf. Alphab. Phoen. p. 17.) habendum censet; unde Ῥοδίαο, qui genitivus fortasse a nominativo quodam aptus sit; quem nominativum in lapide evanuisse credideris. Ceterum cave putes ligaturam esse litterarum ᛗ.

Omnino horum titulorum scriptura remotam antiquitatem prodit. Atque in inscriptionibus quidem votivis quum saepenumero fieri soleat, ut affectationis vestigia deprehendamus (cf. Corp. Inscr. n. 456.), in his, quae percensuimus, nominibus nihil reperitur, quod tali suspicioni faveat. Immo ti-

tulos non ex imitatione natos esse vel n. 12. indicio esse potest, in quo manum cavillatoris agnoscas; quem non credibile est scripturâ usurum fuisse obsoletâ et non omnibus notâ aequalibus suis.

Iam de aetate titulorum n. 4. et 5. supra vidimus. Quumque scriptura omnibus his fere communis sit cum columnâ Meliâ (n. 21. cf. Introd. p. 19.), quam cum Boeckhio ad tempora Solonis vel Pisistrati retulimus, Theraei quoque tituli maximam partem eadem tempora videntur attingere, exceptis n. 3. et fortasse 16. —

21.

Inscriptio columnae striatae marmoris Parii, in canaliculis eius exarata. Monumentum ex Melo insulâ in Museum Nanianum illatum est. Ediderunt Hieron. F. Zanetti, Venet. 1755, 4. Corsinus, Rom. 1756. 4. Clem. Grubissich. Venet. 1757. Thom. Perellius in Donati Nov. Miscell. Lucens. 1773, deinde 1775. Xav. Matthaeius exercitt. per satur. p. 47. et Sim. Magistrius Rom. 1772. Lanzi, saggio di lingua Etr. I. p. 93. Donatus Suppl. Thes. Murat. I. p. 70. 2. postea II. p. 480. Rich. Payne Knight, analytical Essay on the Greek alphabet. tab. I. n. 2. Clem. Biagi Mon. Gr. et Lat. Mus. Nan. Praeluq. II. (cf. p. XXIII.) et p. 3-36. Aeri incisa sine notis est in coll. Mus. Nan. n. 8. Tractavit etiam Welcker. in Epigr. spicileg. altero n. 21. p. 5. sq. Quod dedit Boeckh. exemplum, ex consentientibus Italorum minoribus apographis, cum maiore Donati a Io. Bapt. Schiopalalba misso collatis, accurate, sed forma paullo ampliore quam apud illos exprimendum curavit. Cf. Rose, Inscr. Vetust. tab. LII. p. 327.

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]

Litterarum formae antiquissimae sunt. M est sigma, et μῦ M uno apice auctum. Cf. alphabet. Phoenic. Iota est ᒪ, Gamma ᒣ quam formam in scripturâ a dexterâ ad laevam habuerat. Cf. alphab. titt. vetust. Lambda Ւ, cuius in vs. 2. transversa linea fracturâ periit. Delta vulgare est. Sed inprimis memorabilia sunt KM, pro quo Attici constanter XΣ (i. e. Ξ), et ΓH pro Φ, KH pro X de quibus vide Introd. p. 19. 20. et alphab. titt. vetust. Diphthongus OY inest in voce HOYTOM (οὗτος), in qua eam mature etiam Athenis receptam fuisse postea videbimus. Littera O paullo minore formâ exarata quum antiquissimae aetati tum recentiori communis est; cf. alphab. titt. vetust. p. 45. Ceterum striatas columnas mature in usu fuisse, vetustissima, quae supersunt, Dorici operis templa docent. Itaque hunc titulum qui Solonis vel Pisistrati aetate exaratum putet, non magnopere erraverit. Verba disticho concepta haec sunt:

Παῖ Διὸς, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ᾽ ἀμενφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ᾽ ἐτέλεσσε γρόφων.



h. e. *Iove gnate, accipe ab Ecphanto hoc sine reprehensione elaboratum donarium; tibi enim supplicans id perfecit scalpendo.* Videtur Apollo invocari, Doriensium 'Αρχηγέτης, cuius cultus ut in Theram et Cyrenas, ita in Melum propagatus erat, maxime Amyclis, unde Melios Lacones profectos esse Müllerus docet. Welckerus quidem 'Εκφαντοῖ vocativum ab ignoto nomine Dianae 'Εκφαντῶ statuit putatque dedicatum Ilithyiae donarium. Ingeniosius certe quam verius. Nomen Ἔκφαντος notum est (v. Suid. v. Μουσαῖος. Eudoc. p. 303. Demosth. de Cor. p. 474. 26.). Notum est etiam δέχεσθαί τινι, *accipere ab aliquo.* v. Porson. ad Eurip. Hecub. p. 45. ed. Lips. Pindar. Pyth. IV, 21. et ibi Herm. item Pyth. XII, 5. Dissen. in Explicatt. ad Pind. p. 522. P. II. Vol. II. ed. Boeckh. et fragm. Thren. 4. in ead. edit. p. 623. 'Αμευφὲς pro ἀμεμφὲς insolentius illud quidem, sed quod vetustis exemplis non caret, ut C. Inscr. n. 30. (cf. Rose, tab. V. fig. 2.) ubi ΙΕΝΟΜΟΛVΝΠΙΟ (i. e. Ζηνὸς 'Ολυνπίου) in galeâ votivâ. Cf. Cap. I. §. 3. 'Επεύχεσθαι de supplicando h. l. dictum est; neque confundendus usus est, quo saepius dicitur εὐξάμενος ἀνέθηκε, i. e. votum susceptum, postquam deus addixit, solvit is qui donarium offert. In fine (γρόφων) qui nomen proprium contineri putant (ut Γρόφων, Τρόφων), mirifice labuntur. Neque enim duo

posse nomina propria statui, alterum artificis, donatoris alterum, vel ex eo apparet, quod sic artifex erit ὁ ἐπευχόμενος, quum potius is qui donat sit ὁ ἐπευχόμενος; nisi cum Welckero ad ignotum nomen Ecphanto confugiendum censueris, id quod verisimile non esse supra monuimus. Sed scilicet donator fuit is qui opus fecit. Itaque in voce γρόφων operae ipsius genus quaerendum est. Quodsi cum Boeckhio statueris columellam diligenter elaboratam esse ipsum illud ἀμεμφὲς ἄγαλμα — et posse ita statui ex antiquis exemplis apparet; nam ἄγαλμα quodvis opus ornatius, praesertim diis dedicatum, vocatur, ut tripodum inscriptiones ap. Herodot. V. 60. 61. et Paus. X, 7, 3. demonstrant, et dedicari ipsas columnas, immo solam columnae faciendae operam ex Milesiâ inscriptione (ἐργασίαν ἀνέθηκε τοῦ κίονος C. Inscr. n. 2862.) apertum est; — γρόφων ex Dorismo pro γράφων explicandum erit (cf. Greg. Cor. p. 455. et tab. Heracl. I. 36. ubi ἀνεπίγροφος), quod verbum antiquitus ξύσαι, χαράξαι, ἀμύξαι (Hesych.) significat. Itaque de statuâ impositâ non est cur cogitemus. Iustam autem esse hanc interpretationem vel ex eo intelligitur, quod ἐτέλεσσε, non ἀνέθηκε dixit auctor. Etenim illud τελεῖν (cf. Paus. V, 25. extr.) operam locatam respicit, quae qualis fuerit, addito participio γρόφων illustratur.

22.

Argis in fundamentis turris occidentalis Larissae arcis primus repperit Fourmontus. Ed. Gell. Argol. descript. tab. VII. ex exemplo apud Bakerum. Gell. inscriptionem denuo vidit, item Dodwell. Itin. II. p. 221. Cf. Rose, Inscr. Vetust. p. 79.

IEMIN. . . . .\IIIOP.O
OTPAMMA
ΠΟΤΑΜΟΝ
KAIMΘENEΛAMBOYNAMIC
KAIIΓOMEDON
KAI?AAPONBOAPXEMIFA
KAIADPAMTOM
KAIBOPΘAΛOPAM
KAIKIETOMBOMINTONOM
KAIAPI:MTOMAXOM
KAIN::IOMDAM

Litterarum formae satis antiquae sunt. A Fourmonti non multum a Dodwelli Ꮧ differt. Gamma est Λ vs. 8. Delta latinum D; theta ap. Fourm. ⊕, ap. Gell. ⊗, item ap. Dodw. primo certe loco. Lambda videtur L et ⊦ esse. Elementum μῦ est M, sigma M, quas formas Dodw. confundit; et Gell. prope ubivis M praebet. Πῖ habet ductum Γ vs. 6. Forma Π vs. 3. vitio Fourm. tribuenda. Ῥῶ rotundum Gell. omnibus locis habet; nec minus Fourm. in plurimis. Dodw. acutum habet P. Y vulgari formâ exaratur. Spiritus nota B est, sed vs. 5. in Ἱππομέδων omittitur, de quo v. Giese de dial. aeol. p. 382.

Varietas lectionis. Vs. 1. ap. Gell. solum MIN est, omissis reliquis litteris. I posterius om. Fourm. et Dodw. Vs. 2. ΓΟΤΑ om. Gell. ΑΜΟΜ Dodw. habet, ut fere Fourm. ex quo Boeckhius addidit ΓΟΤ. Vs. 4. ΚΑΙ om. Gell. lacunâ paullo ampliore relictâ. In voce Σθενέλας primum et ultimum M praebet Gell. M Fourm. et Dodw. Littera N ap. Dodw. Reliqui habent M. Denique littera λ in eodem nomine differt in omnibus tribus apographis; ap. Fourm. E, ap. Gell. Γ; ap. Dodw. L, ex quibus ultimum proxime accedit ad L vel ⊦. Quae post id nomen leguntur, ea om. Fourm. Sed Gell. BϘ. In nomine Ὑπατίω pro secundo elemento Gell. Ν, quarto loco Dodw. M, idemque quinto I pro Gelliano (, quod superest ex O. Vs. 5. alterum I om. Fourm. Septima littera ap. Gell. est M; idem in fine N pro M praebet. Vs. 6. vocula ΚΑΙ ap. Gell. ita obscurata est, ut primae litterae vix vestigium supersit, pro tertiâ legatur Y. In nomine ⊗ΑΡΟΝ pro primo elemento Fourm. et Dodw. habent Λ, pro ultimo ille M, hic M. Pro notâ spiritus Gell. Ε et loco litterae K omnes X (Ἀρχεσίλαος vix pro Ἀρχέλαος dictum evinceris, ut ἀρχετίμολπος, licet n. 48. (C. I. n. 165.) Col. III. vs. 29. ΑRΧΕSΙLΑS eodem modo legatur). Dein M Gell. Reliqui M. Paenultima littera ap. Fourm. et Dodw. est K, ap. Gell. recte ⊦. Vs. 7. K om. Gell. Pro M Fourm. bis M. Vs. 8. K om. Gell. relictâ tamen lacunâ. Idem pro B habet P. Mox pro Ν Dodw. N, Fourm. N. In fine Fourm. perperam M, ut etiam vs. 8. in nomine Κλεῖτος. Quippe huius nominis ΚΙΕ̇ΤΟΜ, quod Gell. praebet, secundus ductus ap. Fourm. est Λ, ap. Dodw. P. Pro eo L vel ⊦ reponendum est; Ε autem diphthongum ΕΙ videtur repraesentare; unde fit, ut cum Boeckhio legamus Κλεῖτος (cf. C. I. n. 3105. 3046.). Cuius in patris nomine Fourm. et Dodw. M. Pro secundo Ν Gell. Λ. In fine Fourm. M. Quum vero Μίντων nullum videatur etymon habere; Σίντων autem bene a verbo σίνεσθαι possit derivari, iam Boeckh. M pro Ṁ reponere maluit. Vs. 10. Gell. voculam ΚΑΙ duarum lit-

terarum spatio in laevum exstantem offert. In voce Ἀριστόμαχος primum A om. Fourm. et Dodw. Pro PIM Fourm. et Dodw. DEM; in fine Fourm. M. Vs. 11. KA Gell. idque ita reductum, ut sub AP sit. Deinde Fourm. et Dodw. et lacunam et I omittunt. Post O Gell. habet M pro M, idem P pro D, in fine Fourm. M. Boeckhius, quod quarto a fine loco ap. omnes est M, mutat in N; unde terminatio dorica et aeolica -ώνδας, fortasse N[IK]ONDAM (Νικώνδας). Videtur index esse nominum, ut Boeckh. putat, heroicorum. Sed Solonis vel Pisistrati aetati assignari posse titulum ipse suspicatur. Primi duo versus mutili sunt. Reliqua ita leguntur:


Ποτάμων
καὶ Σθενέλας ὁ Ὑνασίω
καὶ Ἱππομέδων
καὶ Θάρων ὁ Ἀρ[κ]εσίλα
καὶ Ἄδραστος
καὶ Βορθαγόρας
καὶ Κλεῖτος ὁ Σίντωνος
καὶ Ἀριστόμαχος
καὶ Ν[ικ]ώνδας.

Memorabilis est sonus Π non duplicatus vs. 5. qui usus remotae antiquitatis est. Vid. Cap. I. §. 3. Ποτάμων nomen notum est ex Corp. Inscr. n. 2182. Σθένελος saepius inter Argivos heroes redit; huius nominis alia forma est Σθενέλαος (Hom. Il. π'. 586.) et contract. Σθενέλας. Ὑνάσιος nomen aliunde non est cognitum, fort. pro Οἰνάσιος. v. Giese. l. c. Hippomedontis nomen e Septem adv. Thebas notum est. Θάρων, quod ex Gellii apographo exsculpsit Boeckhius, Θήρων est. Videtur hic quoque inter heroes Argivos esse; quamquam idem nomen reperitur etiam in Boeotiâ (Paus. VI. 14. 5.). Adrastus notus heros Argivus. Orthagoras Sicyonis Argis vicinae tyrannus fuit, quem verisimile est ab heroe Adrastide nomen derivasse. Sicyone Adrastum aliquando imperasse notum est ex Pindaro. Hoc nomen scriptum est Βορθαγόρας, praefixo digamma aeolico, de quo vide p. 42. Aristomachus denique Adrasti frater, Talai filius est (Apollod. 1, 9. 13.); quamquam qui intelligendus sit in nostrâ inscriptione, non liquet.

23.

In tesserâ aereâ repertâ in Bruttiis prope Petiliam (Policastro) a. 1783. asservatâ olim Velitris in Museo Borgiano, quod nunc Neapoli est. Ediderunt Io. Phil. Siebenkees. Rom. 1789. 4. Heeren. biblioth. litt. et art. Golting. P. V. et in operibus suis Tom. III. p. 171. sq.

Barthelem. Oeuvres diverses. T. II. p. 412-417. Lanzi, saggio di lingua Etr. I. p. 108. tab. IV. Clem. Biagi diss. de graecâ tesserâ hospitali vetustissimâ; Schow de chart. papyr. Velitr. p. 114. sq. Ignarra de phratriis p. 158-166. Rich. Payne Knight. de Alphab. tab. I. n. 1. Praeterea de eâ dixerunt Fabricius in diatribe ad illustr. aliquot bibliographiae antiquariae capita, p. 238. Fea ad Winckelm. H. A. I. p. 258. et in Misc. critt. p. XXIV. Welcker. ad Zoeg. Abh. p. 35. Cf. Rose Inscr. Vetust. tab. XI. fig. 3.



Litterae sunt vetustissimae. Sigma est M et proinde μῦ Ϻ. Delta ad similitudinem Romani D proxime accedit. Iota est ϟ, Gamma I, Lambda Λ, χῖ Ψ, ut ap. Etruscos et in aere Eleo n. 24. Θ vulgare est; ξῖ autem est +, quam formam italicam etiam in nummis deprehendas. Inest etiam digamma in ϝοικίαν; spiritus asper abesse ex dialecti ratione videtur, ut vs. 6. in Ἁρμοξίδαμος. cf. Giese de dial. aeol. p. 376. Interpunctio ex more Etruscorum et Romanorum eiusmodi est, ut singula verba puncto uno distinguantur. Petilia Graeca urbs fuit, condita a Thessalico heroe Philoctete (v. Strab. VI. p. 390. A. B. Virg. Aen. III, 402. et ibi Serv. cf. Tzetz. ad Lycophr. 911.). Verba sunt haec:

Θεὸς Τύχα. Σαῶτις δίδωτι Σικαινίᾳ τὰν ϝοικίαν καὶ τἄλλα πάντα. Δαμιωργὸς Παραγόρας· Πρόξενοι Μίνκων, Ἀρμοξίδαμος, Ἀγάθαρχος, Ὀνατᾶς, Ἐπίκωρος.


Deus, Fortuna adsint. Saotis dat Sicaeniae domum suam et reliqua omnia. Demiurgus Paragoras: Proxeni Mincon, Armoxidamus, Agatharchus, Onatas, Epicurus.

Formula Θεὸς Τύχα est apprecatio boni eventus, ut apud Latinos: *Quod fe-*

lix faustumque sit. Vulgo ἀγαθῇ τύχῃ. Similiter in aliis titulis Θεὸς τύχαν (sc. δοίη), ut in simili titulo Corcyraeo C. I. n. 1850. et alias, vel Θεὸς τύχαν ἀγαθάν, ut in Delphico (C. I. n. 1695.) et Boeotico (C. I. n. 1564.) cf. Rofs. Inscr. gr. inedd. n. 67. 73. 74. 81. Ex quo ne putes mutandum esse quidquam in nostro titulo. Saotis nomen femininum est, cuius forma masculina est Σώτας, Σαώτας. Deinde Σικαινίας an Σικαινία sit nomen quod sequitur, dubites. Boeckhius hic quoque mulierem intelligi suspicatur. De nomine cf. Giese de dial. aeol. p. 366. Sequuntur nomen Demiurgi et nomina Proxenorum. In his Μίνκων, quod est pro Μέγκων, Boeckhio Μίκων esse videtur, notum ex Pausaniâ nomen patris Onatae Aeginetae. Δαμιωργὸς apud Dorienses magistratus est. Peloponnesiis universis δημιουργούς, primo loco positos ut archontes, tribuit Philippi epistola ap. Demosth. de cor. p. 280. (cf. C. Inscr. n. 1193. 1542.). Iam Petilia originis Thessalicae est, si non a Philoctete, certe a Meliboeensibus. Et apud Thessalos eundem magistratum obtinuisse, Etymol. M. docet. Cf. Zonar. v. δημιουργοί. Itaque Petiliae δαμιωργὸς videtur primus fuisse et eponymus magistratus. Proxenos Petiliae quinque videmus, ut Spartae quinque sunt ephori. Est autem duplex proxenorum genus, alterum universis Graecis commune, alterum proprium, ut videtur, Spartanorum. Etenim unaquaeque civitas in alienis civitatibus habuit suum curatorem, quem nos Consulem dicere solemus, ex illius reipublicae civibus, in qua alienae civitatis commodis consuleret, delectum ac praerogativis auctum ab eâ, cuius res curaret. Alterum genus proxenorum publicum Spartae est, qui magistratus ex civibus Spartanis nominabantur a regibus (v. Herodot. VI, 37. cf. C. Inscr. Introduct. in Boeot. cap. I. extr.) Et talem magistratum etiam Petiliae fuisse probabiliter statuit Boeckhius. Iam vero nomina demiurgi et proxenorum auctoritatis publicae causa apposita indicant non agi de re privatâ. Itaque de tesserâ hospitali cogitari non potest. Vid. Boeckh. ad h. l. Sed missis virorum doctorum commentis concedamus oportet agi de donatione per testamentum. Exemplum testamenti mulieris notum est ex monumento Epictetae (C. I. n. 2448.). Vid. quae Boeckh. ad h. l. de ea re disputavit. Ceterum titulus noster utique circiter Olymp. 40-60. scriptus videtur.

24.

Lamina aerea Olympiae effossa. Reportavit Gell. a. 1813. Edidit Payne Knight singulari chartâ. Recusa est Diar. class. XI. p. 348. sq. XIII. p. 113. Mus. Cantabr. I. p. 536. cum notis Walpolii. Daunou Exposé des travaux de la classe d'histoire et de litt. anc. (1815. 7. Jul.) p. 30-33. 112. ubi excerpta ex Commentatione Boissonadii. Amplior eius Commentarius exstat Diar. class. Vol. XX. p. 285-306. cf. Vol. XXII. p. 352. sq. Gell. in Diar. class. Vol. XXIV. p. 401. Boeckh. in Oecon. civ. Ath. II. p. 390-392. Rose Inscr. Vetust. p. 29. et p. 354. sq.



Singularis est species scripturae. Rectae lineae scalpro vel cuneo incisae sunt, rotundae formae typo incusae, eoque duplici, altero forma o, quae minor est ceteris litteris (cf. in alphab.), altero puncta. A et ▷ obliqua sunt; gamma ᒥ, unde forma rotunda in vas. Corinth. n. 26. quae propterea in nostrâ inscriptione non comparet, quod formae rotundae hîc evitantur; unde etiam factum est, ut littera Φ formâ quadratâ (⊞) exprimeretur. Lambda paullulum variat; accedit tamen ad vulgarem formam Λ, ut M et N. De ceteris cf. supra. Duplices consonae simplici litterâ signantur, more antiquissimo. V. p. 49. EI diphthongus plene scripta est. Ionicarum litterarum nulla inest. Distinctio duobus punctis fit. De scripturâ vs. 2. *συνμαχία* et vs. 6. *'Ολυνπίῳ* vid. ad p. 49. Erravit sculptor vs. 2. pr. et vs. 9. pr. illic repetiens OI ex priori oI, hîc omittens ϟ. Idem utrumque correxit.

Verba tituli haec sunt:

'Α Fράτρα τοῖρ Fαλείοις καὶ τοῖς 'ΗρFαοίοις. Συνμαχία κ' ἔα ἕκατον Fέτεα. ἄρχοι δέ κα τοΐ. αἰ δέ τι δέοι, αἴτε Fέπος αἴτε Fάργον, συνέαν κ' ἀλάλοις τά τ' ἄλλ καὶ πὰρ πολέμω. αἰ δὲ μὰ συνέαν, τάλαντον κ' ἀργύρω ἀποτίνοιαν τῷ Δὶ 'Ολυνπίῳ τῷ καδαλημένῳ λατρειόμενον. αἰ δέ τιρ τὰ γράφεα ταῒ καδαλέοιτο, αἴτε Fέτας αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμος ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταῦτ' ἐγραμένῳ.

„Pactum Eleis et Heraeensibus. Societas sit centum annos. Incipiat autem ab hoc ipso anno. Si quid opus sit vel dicto vel facto, coniuncti sint inter se et cetera et de bello: sin non coniuncti sint, talentum argenti pendant Iovi Olympio violato donandum. At si quis litteras hasce laedat, sive civis socialis, sive magistratus, sive pagus est, is mulctâ sacrâ tenetor hîc scriptâ."

Foedus est Eleorum et Arcadum Heraeensium aeolice scriptum. Arcades et Eleos non dorice, sed aeolice locutos esse docet Strab. VIII. init. Hinc spiritus asper omissus (v. Giese de dial. aeol. p. 377.), hinc digamma in *Fράτρα*, ut *Fρῆξις* apud Alcaeum, ut *βράκος*, *βρόδον*, *βρήτωρ* scribitur Aeolibus (v. Greg. Corinth. p. 578. 637 et interpr.). Titulus inter Olymp. 40-60. scriptus est, et Boeckhio quidem iudice circa Olymp. 50. quo tempore, crescente Eleorum potentiâ, probabile est Heraeenses sese Eleis adiunxisse. Certe Eleos tum summum Olympiae imperium tenuisse verisimile fit ex mulctâ, quae in hoc foedere constituitur, Iovi Olympio pendendâ. Plura de Eleis et Heraeensibus vid. ap. Boeckh. Hanc inscriptionem olim Olympiae positam fuisse et locus docet, ubi reperta est, et aliorum foederum exempla ap. Paus. V, 23. 3. Thuc. V. 47. — Vs. 1. de vi *ῥήτρας* vid. Boissonad. l. c. in lemmate et Nitzsch. de historiâ Homeri fasc. I. p. 51. sq. P in *τοῖρ* est pro ϟ, quod Laconibus frequentatum constat (cf. decret. adv. Timoth.

Miles.). Idem autem etiam aeolici moris esse Eustath. testatur. De Eretriensibus Eleorum colonis vid. Strab. VIII. p. 308. Plat. Cratyl. p. 434. C. et de Eleis ipsis Paus. V, 15. 4. ex corr. Buttm. Ceterum non constans is usus est. Digamma fuisse in voce Ἆλις docent nummi. Vid. Eckhel. D. N. II. p. 266. Nomen gentile Heraeae est Ἡραιεύς (Thuc. Polyb. Paus.), item Ἡραεύς, notante Stephano. Sed, ut Ἡραεῖς, sic Ἡραεῖοι dici poterant, pro quo aeolicum est Ἡραοῖοι (mutato spiritu et cum digamma: ἘρFαοῖοι), ut μάγοιρος pro μάγειρος (v. Greg. Cor. p. 605. et interpr.). Quamquam Hermannus quidem mavult scribi Ἡραῷοι. Vs. 2. Optativus cum dorico et aeolico κά (i. e. ἄν) hic pro imperativo sive huius vim tenente infinitivo est, ut συμμαχίαν εἶναι. Ἔα est igitur pro εἴη, ut mox συνέαν pro συνεῖεν (συνείησαν), assumptâ terminatione αν, ut mox in ἀποτίνοιαν (pro ἀποτίνοιεν). Cf. Giese de dial. aeol. p. 125. Verbis ἄρχοι δέ κα τοἳ, initium foederis designatur, ut ipse, qui agatur, annus primus sit ex illis centum. Verba illa contractiora sunt pro: ἄρχοι δέ κα τῶ χρόνω (vel τᾶς συμμαχίας) τὸ Fέτος τοἳ (i. e. τοδί), ut in n. 74. (Corp. Inscr. n. 1569.) vs. 40. ἄρχι τῶ χρόνω ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ Θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίυς. Cf. Thuc. IV. 118. Ut autem τοἳ, ita infra habes ταἳ, quod τάδε vel ταδί significare vix quisquam inficias eat. Vs. 3. 4. Scriptura Fάργον pro Fέργον (ἔργον) vetustissimae dialecti est. Cf. nomen antiquum atticum Ἀργάδεις. Ἄλ pro ἄλλα apocope est certe insolentior, nec Trypho §. 28. habet, quocum possit comparari. Sed scilicet est prisci sermonis, ut πάρ (pro πέρ h. e. περί), assumptâ litterâ α ut in Fάργον. V. 6. Ἄργυρος utrum hic de argento signato an de argenti pondere non percussi intelligendus sit, non liquet. Δί monosyllabum exstat etiam n. 27. (Corp. Inscr. n. 16.) et aliquoties apud Pindarum. Iupiter, qui ut fideiussor foederis, si conditiones negliguntur, fallitur, nunc ΚΑΔΑΛΕΜΕΝΟΣ audit. Et dubium non est, quin verbum καταδηλεῖσθαι intelligendum sit, neglectâ eâ consonâ, quae ex syncope nascitur, καδδαλημένος. cf. Tryph. §. 23. Quod verbum quum mox eodem modo scribatur, id credibile est propterea factum esse, quod in hoc titulo duplices consonae simplici litterâ designatae omnes sunt. In eodem participio omittitur reduplicatio; quod quamquam Tryph. §. 21. αἰολικὸν πάθος vocat, tamen Buttmanni sententia etiam Boeckhio videtur potior, monentis καδαλήμενος praesens esse aeolicum, ut φιλήμενος et alia. Cf. Sturz. ad Maittair. de dial. p. 207. Difficilius est de verbo λατραιόμενον statuere. Apparet id ad τάλαντον referri. Verisimile est autem dictum esse pro λατρευόμενον; certe ΕΙ pro ΕΥ etiam in decreto adv. Timoth. Miles. habetur, ubi in libris Ἐλειτινίαρ (vid. Knight p. 132.). Quodsi ita est, sensus

erit: *talentum illud Iovi Olympio pendendum dedicari in signum venerationis atque officii.* In fine de tabulae laesione agitur. Nam si quis scriptum hoc (τὰ γράφεα ταΐ, i. e. τὰ γράμματα ταδί) violaverit, eadem quae in foedere laeso mulcta constituitur. Γράφος videtur dictum ut τρύφος. Deinde (τίς pro τίς est etiam Laconum) designantur ii qui foedere obstricti sunt. Fέτας est civis privatus (vid. Hesych. v. et Thucyd. V, 79. Aeschyl. Suppl. 250.). Huic opponitur τελέστα, i. e. τελεστής (cf. Greg. p. 693.). Τελεσταὶ autem sunt οἱ τὰ τέλη ἔχοντες, magistratus. Iam quum eâ aetate, quâ scriptum esse hunc titulum monuimus, neque Elei neque Heraeenses in unam essent urbem congregati, sed δήμοις s. κώμαις seiunctis continerentur (vid. Strab. VIII. p. 233. Diod. XI, 54.), potuit accidere, ut unus vel alter pagus a foedere alienior fieret; quod ne accideret, item cautum est apposito δᾶμος. Post δᾶμος fit interpunctio, quae quid significet, ex iis quae supra diximus p. 50. apparet. Itaque inde non colligas litteras ἐντ' ad sequentia pertinere. Nam ἐντεπιάρῳ pro ἐν τῷ ἐπιάρῳ nullâ ratione defendi potest. Sed scilicet ἐντὶ dorica et aeolica forma, est pro ἐστι, ad ea, quae praecedunt, referenda. Porro Aeolismo Asiano dicebatur ἶρος pro ἱερός, sed apud Dores ἱαρός, quod fit ἴαρος Aeolismo Peloponnesiaco. Hinc ἐπίαρος (ἐφίερος), quod adiectivum de rebus numini oblatis usurpatur. Nunc τὸ ἐπίαρον mulcta esse deo solvenda videtur. Postremo αὖθις pro αὖτις ut est Ionum et Dorum, ita etiam Aeolum est; unde ἐνταῦτ' pro ἐνταῦθ' et synaloephe admissâ τῷ 'νταῦτ', in quâ tamen littera ι retinetur contra regulam hodie receptam, quae fortasse in Aeolismo non obtinebat.

25.

Sub signo aereo Musei Naniani. Edidit Maffei Veron. illustr. III. p. 261. (a. 1732). Dein Zanettus et Corsinus (ll. cc. ad n. 3.). Illustravit Passerius (osservazioni sopra l'avorio fossile etc. Venet. 1759) p. XXIV. Una cum signo edidit Paciand. Mon. Pelop. II. p. 50. Inscriptionem aeri incisam praebet Lanzi, Saggio di lingua Etr. I. tav. 1. cf. p. 103. item Collect. antiquitt. Mus. Nan. n. 29. et una cum signi imagine n. 276. Ceterum hodie monumentum non exstare in Museo Naniano notavit Hirtius. Cf. Villoison. Anecd. II. p. 166. p. 124. et Rose, Inscr. Vetust. tab. XI. fig. 2.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΜ ΑΝΕΘΕ ΚΕ

Statua, ad quam inscriptio haec pertinet, unius palmi altitudine, ex aere fusa, priscum Graecorum stylum refert, neque ita dispar est idolis aegyptiacis. Est ea nudi viri iuvenilis, brachiis corpori appressis, sinistro

pede paullulum ante dexterum posito; caput quasi circulo redimitum, capillis nimium concinne compositis et in tergo figurâ quadratâ colligatis. In vertice foramen esse videtur; unde patet telamonem fuisse, fortasse lychnuchum. Cui vero dedicata fuerit statua vel ubi reperta, non constat.

Itaque quum hoc monumentum antiquissimae artis esse appareat, nihil obstat, quominus, qui id dedicavit, Polycrates Samiorum tyrannus intelligatur, qui ab Olymp. 53, 3. usque ad Olymp. 64, 1. imperium tenuit (vid. Panofka Sam. p. 29. sq.). Cui opinioni favet etiam nudum nomen Πολυκράτης sine patris vel patriae appellatione. Inscriptionis prior vox in dextero latere est plinthi, cui statua insistit; alterius vocis tres priores syllabae in fronte basis perscriptae sunt, ultima autem syllaba in sinistro latere, sic: Πολυκράτης | ἀνέθη | κε. Litterarum formae notae sunt ex titulis superioribus.

26.

In vase fictili reperto in sepulcro rupi inciso prope Corinthum. Primus edidit D'Agincourt: Recueil de fragmens de sculpture antique en terre cuite, tab. XXXVI. Inscriptiones ibi male expressas rectius ex Dodwelli schedis descripsit Raoul-Rochette in epistol. ad Aberdeen tab. III. cf. p. 83. 127. sq. Postremo accuratam vasculi imitationem cum ipsis figuris, quibus nomina interposita sunt, exhibuit Dodwell. Itin. II. p. 196. cf. Rose, Inscr. Vetust. tab. IX. 1. 2. et pag. 367. sq.

ΑϹΑΜΒΜΝΟΝ
ΑΝΚΑ
ΔΟΡΞΜΑΧΟΜ
ΜΑΚΞΜ
ΑΝΔΡΨΤΑΜ
ϹΑϘΟΝ
ΦΞΡΟΝ
ΘΒΡΜΑΝΔΡΟΜ

In litteris memorabile est gamma Ϲ, qualis forma in nummis Siciliae et Magnae Graeciae reperitur. Δ est vulgare. Lambda Λ ut n. 21, 23. Sigma Μ et μῦ Μ, tum φῖ Φ et epsilon Β (vid. alphabet. titt. vetust.). Iota Ξ affine est illi, quod habes n. 21. sed proxime accedit ad similitudinem

n. 31. Praeterea insunt K et Ϙ et hoc quidem ante O, ut n. 50. Mihi quidem id in ⊙ mutandum non videtur. Nam lineolae superioris nullum in vasculo exstat vestigium. Monumentum valde antiquum est. Nomina figuris adscripta haec sunt:

Ἀγαμέμνων, Ἀλκά, Δορίμαχος, Σάκις, Ἀνδρύτας, Πάκων, Φίλων, Θέρσανδρος.

Patet insigne aliquod Corinthiorum heroum facinus describi, qualis Erymanthii vel Calydonii apri strages fuit. Nam ea pars vasculi, in quâ nomina inscripta sunt, in sinistrâ ostendit Thersandrum, qui aprum ingentem ense petit. Sub apro Philo cernitur; eandem feram sagittâ percussurus adstat Paco, appropinquante Andrytâ, qui hastâ et clypeo munitus est. Sacis et Alca, inter quas Dorimachus conspicitur, mulieres sunt. In dexterâ parte post omnes est Agamemnon, qui pro sceptro caduceum gerit. Ex his omnibus soli Agamemnon et Thersander (Sisyphi fil. v. Paus. II, 4, 3.) noti sunt. Et hic quidem primas agere videtur. Agamemnon haud dubie ideo additus est, quod penes hunc tum summum Corinthi imperium esset (v. Paus. II, 4, 2. cf. Il. β'. 570.). Simile vas v. ap. Ros. Inscr. Vetust. tab. IV. fig. 2. (1.)

27.

In galeâ aereâ a. 1817 inter rudera Olympiae repertâ. Primus edidit Broendstedius: sopra una iscrizione scolpita in un antico elmo di bronzo etc. Napoli 1820. 4. Deinde in epist. ad Münterum in Diario Germ. matutino 1820. Kunstblatt n. 15. Sickler in Diario matutino 1821. Kunstblatt n. 2. Pouqueville Itin. IV. p. 300. male exhibet titulum, ex eoque Boisonad. Diar. class. Vol. XIX. p. 301. Thierschius consentiens cum Boeckhio in Diar. matut. Kunstblatt. n. 26. a. 1821. Boeckhius in Commentt. Pind. Vol. II. P. II. p. 225. sqq. Hermanni explicatio a Silligio exposita in Boettiger. Amalth. II. p. 231. sq. paulum differt ab illis. Cf. Boeckh. in prooem. Ind. Lectt. Univ. Litt. Berol. hibern. 1822-1823. p. 4. Postremo Welcker. Spicileg. epigr. alt. n. 27. et Rose Inscr. Vetust. tab. VIII. fig. 1.

ΗΙΑRΟΝΟΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙΤΟΙΣVRΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙΔΙΤVRΑΝΑΠΟΚVΜΑΣ

Vetusta sunt V R et spiritus Η, qui in articulo omittitur, deinde obliquum Δ, consona simplex pro duplici vs. 3. in Τυράν'. Cf. in inscr. Ther. n. 16. ΘΑΡΥΠΤΟΛΕΜΟΣ. Postremo eodem in versu admissa apostrophus; cf. n. 41. n. 43. Sed memorabile est Σ in titulo tantae antiquitatis.

Hiero Syracusarum tyrannus Olymp. 76, 3. (Diod. XI, 51.) Tyrrhenos ad Cumas devicerat; ex quâ pugnâ a Pindaro (Pyth. I.) celebratâ spolia Tusca Iovi Olympio dedicavit, quae fortasse in thesauro Geloorum reposita erant (cf. Paus. VI, 19, 10.). Horum spoliorum tres galeae repertae sunt, quarum uni, quae loco maxime conspicuo inter ceteras posita fuisse videtur, hic titulus inscriptus est. Certe in πανοπλίᾳ a Myonensibus dicatâ similiter uni clypeo impositum epigramma narratur (v. Paus. V, 19, 3.). Verba dorice composita haec sunt:

Ἰάρων ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι τῷ Δὶ Τυῤῥάν' ἀπὸ Κύμας.

„Hiero Dinomenis fil. et Syracusii Iovi Tyrrhena haec arma a Cumis reportata dedicarunt."

Verbum ἀνέθεσαν omittitur, ut saepius. Ἰάρων doricum est ut ἰαρός. cf. ad n. 24. sub fin. Συρακόσιοι forma est germana etiam Atticis (v. Boeckh. ad Sim. Socrat. praef. p. XXXI. Bekker ad Thuc. III, 86.). Monosyllabum Δὶ vidimus n. 24. Apostrophum vs. 3. versus causa admissam iudicat Boeckhius. De causâ dubitari possit. Nam ut plurimum in ipsis versibus vocabula plene scribuntur. Cf. n. 44. n. 51. C. Inscr. n. 426. 913. 1582. Sed ad defendendum versum paroemiacum τῷ Δὶ Τυῤῥάν' ἀπὸ Κύμας utique exempla exstant, ubi aliquot voces extra versum positas sequitur versus (v. Paus. X, 7, 3. V, 27, 1. Cf. n. 43.). Equidem etsi in toto hoc titulo numeros ad rhythmum anapaesticum accedentes sentio, tamen, an deditâ operâ admissus versus paroemiacus sit, dubitaverim. De galeis votivis cf. n. 29.

28.

Argis in D. Demetrii, ex schedis Fourmonti. Edidit Pouquevill. Itin. et Rose, Inscr. Vetust. tab. XI. fig. 1. Accuratius apographum nuper publicavit Lud. Rossius (Inscriptiones graecae ineditae, fasc. I. Naupliae 1834.) n. 55. qui fragmentum repperit in ecclesiâ D. Demetrii. Ibi singuli versus duplici lineolâ distinguuntur. cf. Corp. Inscr. n. 1285.



Litterae maximam partem priscae sunt, ut D ⊦ ⊕ 𐌌 + (i. e. X), Θ (i. e. O). Sed Sigma est Ʃ, quae forma apud Dores primum omnium invaluit. Cf. Alphabet. titt. vetust. Arma numini dedicantur ab homine qui hoplitodromus vicerat. Quae in nostro apographo leguntur, haec fere sunt:

... ων ἀνέθηκε
... ντεα ἰσχυ . λο
θίοπος τοῖς δαν
οσίοις ἐν ἀέθλο
ις τετράκι τε .
πάδιον νίκη κα[ί]
δὶς τὸν ὁπλίτα[ν]

Titulum dorice scriptum esse ex dorico imperfecto νίκη pro ἐνίκα (cf. Pind. Nem. V, 5.) et ex voce ὁπλίταν apparet. Nec minus apertum est et versus fuisse heroicos et verbis οσίοις ἐν ἀέθλοις et δὶς τὸν ὁπλίταν constitui finem versuum. Boeckhius inter vs. 3. et 4. plura perisse existimans ὁσίοις statuit. Sed de hoc dubitari potest. Eiusdem coniecturas de vs. 3. Πέλοψ et δ' αἶ et 6. παριὼν quae minus accurato apographo Fourmonti nituntur, nostrae lectiones repudiant. In fine Fourm. praebet PIƩTON OΠ⊦ITA unde Boeckh. effecit ἄριστον ὁπλίταν, quod iam verbis δὶς τὸν ὁπλίταν cedet. Vs. 6. Γ certissimum esse in lapide Rossius affirmat; quapropter στάδιον scribi non possit. Potest tamen [σ]πάδιον, quod idem est in dialectis neque id solum aeolicum sed etiam doricum. Itaque si ductus vs. 5. 6. 7. coniungere in unum versum licet nec tantum interiit litterarum, quantum Boeckhius putabat, versum habebimus hunc:

τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ί] δὶς τὸν ὁπλίτα[ν].

In quam sententiam video incidisse etiam O. Müllerum (Diar. litt. Gott. 1836. n. 116.) qui totum ita composuit:

... θων ἀνέθηκε [τἤ]ντεα.
Ἴσχυ[λ]λο[ς] Θίοπος τοῖς δα[μ]οσίοις ἐν ἀέθλοις
τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ί] δὶς τὸν ὁπλίτα[ν]

Et profecto si ultimum versum recte restituimus, etiam alterum probabiliter restitutum concedamus necesse est. Ἴσχυλλος nomen notum ex vasis (HIϟXYLOϟ Mus. Etr. 558. 1115. cf. Creuzer. de vase ant. att. p. 13.) ab ἰσχύς derivandum, duplicatâ litterâ λ αἰολικῶς. Θίοψ dorica forma est pro Θέοψ. Δαμόσιοι ἄεθλοι videntur nunc dici simpliciter ludi Argis celebrari soliti (cf. Xenoph. Cyrop. I, 2, 12. δημόσιοι ἀγῶνες). Boeckhius cogitabat de hoplitodromo qui ter et quater vicerit ludos [τρ]ὶς τετράκι τε -. De quo, si versus recte coniunximus, cogitari iam non potest. Sed quod O. Müllerus suspicatur verba ... θων ἀνέθηκε [τἤ]ντεα extra versum posita esse, et qui dedicaverit, eundem Ischyllum Theopis filium posse intelligi, erit cui minus id verisimile videatur. Nam et versus finis potuit esse .... ων ἀνέθηκε [τάδ' ἔ]ντεα et alius is, qui dedicavit arma fortasse defuncti; nec, quantum interierit in principio, scire possumus.

Ceterum hoc fragmentum denuo tractatur ab Hermanno (Progr. 1835. Mart.) qui apographo Rosii (Inscr. Gr. Vetust. p. 81.) usus versus ita refinxit:

'Ιπποκόων ἀνέθηκε τάδ' ἔντεα, ἰσχυΐ λώβης
χωρὶς ἐν ἠϊθέοις τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις
τετράκι τῇ 'κ πάντων νίκῃ κάρτιστος ὁπλίταν.

qui quantum distent a vero, nihil attinet dicere.

29.

In galeâ aereâ eleganter fabricatâ, quam a. 1795 prope Olympiam in Alpheo repperit Britannus Morrit. Aes ex cupri quinque vel sex portionibus unâque plumbi candidi temperatum. Galea ipsa clavis tropaeo affixa erat. Litterae pistillis profunde impressae sunt, altero rotundae lineae, altero rectae, et eodem quidem typo circulus integer et dimidius. Ita factum est, ut litterae D P Φ eandem fere formam obtinerent. cf. n. 24. Corp. Inscr. n. 32. et Rose, Inscr. Gr. Vetust. tab. VII. fig. 2. Galeam possidet Payne Knight. Scriptura edita est in Diar. Class. I. p. 328. sq. Cf. Walpol. Travels. p. 588. n. 53. Welcker spicil. alt. p. 11. Accuratius apographum Ros. Inscr. antiqu. tab. VII. (ad p. 59.) praebet, quod damus in margine.

Litterae vetustae sunt. Gamma est Λ, ut n. 22. Inest digamma in media voce, de quo vide supra in alphab. et koppa Ϙ. Primus Boeckhius vidit legendum esse:

Τἀργεῖοι ἀνέθεν τῷ ΔιFὶ τῶν Κορινθόθεν.

„Argivi dedicarunt Iovi ex spoliis Corinthiis."

Τἀργεῖοι est τοὶ 'Αργεῖοι, ut in epigr. vetusto ap. Paus. V, 25, 5. τῷ Διΐ τἀχαιοὶ τἀγάλματα ταῦτ' ἀνέθηκαν. Deinde ἀνέθεν est ἀνέθεσαν. cf. Simonid. in Anthol. I. p. 254. ed. ult. ubi vulgo contra metrum ἀνέθεντο. Titulus respicit tropaeum universum sive πανοπλίαν, ut galea Hieronis (n. 27.) ad plura spolia pertinet; hinc τῶν Κορινθόθεν. Habemus versum senarium, non elegantem illum quidem, sed quales vel apud lyricos et comicos interdum reperiuntur. Cf. Metr. Pind. p. 103. Pyth. VIII, 29. c. notis critt. et Pyth. XI, 24. Adde Corp. Inscr. I. Addend. p. 885.

Galeas ficticias interdum dedicatas esse non est cur ambigamus. Certe Dodwell. Itin. II. p. 327. refert plurimas galearum Olympiae repertarum tam tenues esse, ut militares non fuisse videantur. Quamquam de his difficile iudicare, nisi quod parva galea Leakii, cuius inscriptio est in C. I. n. 31. (cf. Rose Insc. vetust. p. 20.)

ᛉΦ8ƧƎΟΓΑΜƧΟΙΟϘ

(i. e. Κοῖός μα πόηστε φυ... de voce μὰ v. Giese de dial. aeol. p. 259. sq. 8 error est artificis pro Ǝ) voti causa videtur fabricata esse. Sed neque galeam Hieronis huius generis esse verisimile est, nec de hâc, de quâ nunc agimus, idem probari possit. Nam Megarensium thesaurum Olympiae, quo Welckerus utitur ut demonstret galeam hanc spolium esse ficticium, sero conditum esse ipse Paus. (VI, 19, 4.) significat verbis lacunosis, ut tum, quum thesaurum Megarenses dedicarent, etiam Argivi socii Megarensium potuerint spolium inferre, sive ex illâ remotae aetatis pugnâ captum, sive aliâ deinceps occasione de Corinthiis reportatum. Itaque Boeckhius rem pluribus persequens ex donariis ibi repositis teste Pausaniâ, qui artificem Dontam (circa Olymp. 60.) nominat, probabiliter coniecit, illâ aetate etiam Argivorum hoc donarium illatum esse, ut haec inscriptio circa Olymp. 60. posita esse videretur.

APPENDIX.

Posteaquam inscriptiones vetustissimas percensuimus earumque indolem et naturam monstravimus, visum est in Appendice ea exponere, ex quibus quae esset prisca fraus in titulis scribendis, quae recentior, posset intelligi. Itaque missis titulis iis, qui, quum vetustate detriti essent, multo post iterum exarati litteris sunt recentioribus, ut Simonidis versus illi in Orsippum (Corp. Inscr. n. 1050.), ut eiusdem epigramma in Graecos, qui in bello Medico perierunt (ibid. n. 1051. cf. n. 972. et n. 1724.), et iis, qui aliunde petiti in lapides coniecti sunt, ut plures in Kempianis (C. I. n. 372. 614. 652. 1105. *b.* cf. ibid. n. 511. 1724.) (*) faciundum putavimus, ut institutâ triplici earum inscriptionum, quae fraudem produnt, divisione primum

(*) Nam monumenta Kempiana, quum ipsa per se falsa sint, tamen veras continent inscriptiones. Similiter inscriptio ex libro petita sepulcro Homeri, quod vocatur, imposita est, ut permultae ex Anthologiâ aliisque libris vetustis in antiqua anaglypha coniectae sunt. Cf. Maffei. Crit. lapid. p. 74. sqq.

de titulis piâ fraude veterum Graecorum fictis dissereremus, deinde de titulis in speciem antiquitatis compositis, postremo de titulis spuriis.

I. DE PIA FRAUDE VETERUM GRAECORUM.

Quemadmodum pleraeque omnes, quae exstant, narrationes mythicae variis aetatibus variis modis partim licentiâ poëtarum partim subtili interpretatione immutatae sunt et fucatae, neque id solum serioribus temporibus sed ex certis testimoniis sexto iam saeculo ante Chr. n. factum videmus (cf. Ambrosch. de Lino diss. p.VIII.), ita etiam antiquissimis temporibus fraus grassata in monumentis litteratis est. Satis est Onomacritum nominasse, quem constat praeter corrupta Musaei oracula etiam mythos Bacchieos haud leviter novis oblitterasse additamentis. V. Nitzsch. H. Hom. I. p. 161. sq.


Inscriptiones igitur, quae ad fabulosas pertinent personas, ex eâ, quam heroes referunt, aetate esse non possunt. Tales sunt illae, quae Thebis in Ismenio tripodibus impositae Amphitryoni, Scaeo, Laodamanti tribuuntur (Herodot. V, 59. cf. Knight Prolegg. Hom. §. LXXVII.), inscriptio thalami Alcmenae (Pausan. IX, 11. cf. Herm. ad Orph. p. 786.), et eidem aetati assignata Herculea (Aristot. mirab. auscult. 145.). Hae igitur, quum fabulosos heroes spectent, cum Wolfio (Prolegg. Hom. p. LV. sq.) pro fictis habendae sunt. Nec mirum videri debet, quod *laeta antiquitatibus gens* eademque credula tali fraudi operam dedit, quo monumentis suis remotae vetustatis auctoritatem conciliaret. Huc pertineret etiam columna lapidea in oratione de Neaerâ (p. 1370. extr.) memorata, si ea esset oratoris mens, ut a Theseo positam existimaret; pertineret titulus de Coroebo apud Pausan. (I, 43.), si is, ut Rochettus putavit, certae aetati assignari posset. Aliud exemplum fictae inscriptionis innuit Pausan. (VIII, 14, 4.) *καί μοι καὶ γράμματα οἱ Φενεᾶται παρείχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ βάθρῳ, τοῦ Ὀδυσσέως δή τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους.* Accedit quod monumenta de divisione Peloponnesi post reditum Heraclidarum, ut tradebatur, factâ, quae saxis sculpta et aere prisco ostentabant Messenii (Tacit. Ann. IV, 44.) recentiore aetate composita videntur (Müller. Aegin. p. 39.). Denique dubitari potest, an *τελετὴ τῶν μεγάλων θεῶν*, quam Aristomenes Messenius circa Ol. 28. tabulis plumbi albi consignatam in urnâ defodisse fertur, post Leuctricam pugnam Ithomae reperta (Pausan. IV, 26, 4.), non antiqua fuerit, sed piâ fraude ficta. Cf. Boeckh. in Corp. Inscr. I. p. 63.

II. DE TITULIS IN SPECIEM ANTIQUITATIS COMPOSITIS.

Graeci in monumentis saepe speciem antiquitatis affectarunt, quod vel optimis temporibus factum esse ex multis indiciis apparet. Quo pertinent inscriptiones quaedam votivae rupibus incisae (C. I. n. 456. cf. ad inscr. Theraeas pag. 56.). Rem ex Pausan. (I, 2, 4. V, 22, 2.) demonstravit Boeckhius in Corp. Inscr. ad n. 25. Nos hic quinque titulos exponemus, qui quamquam non eâ, quam prae se ferunt, aetate compositi sunt, tamen ad cognoscendum priscum usum litterarum apprime conferre videantur.

30.

Inscriptio Delphis reperta. Edidit Dodw. Itin. II. p. 509. Primus explicuit Boeckh. in prooem. lectt. Univ. litt. Berol. hibern. 1821-1822. Cf. Rose Inscr. Vetust. tab. XIII. fig. 1.



Verba tituli haec sunt:

... ιό̣θαλος ὁ Πολα ...
Βοιώτιος ἐξ Ἐρχομ[ενοῦ ...
Ὑπατόδωρος, Ἀριστ̣το[γείτων
ἐποησάταν Θηβαίω.


Scriptura sane prorsus antiqua est. Ψ idem est quod Ψ hoc est Χ. B est angulare, item R. Forma litterae Γ rotundior est. Praeterea D et Ϟ. Vid. alphab. titt. vetust. Spiritus H omissus est ex dialecti ratione. Omnino si formas perversiores vs. 1. θ et vs. 3. Π exceperis, nihil inest novicii. In orthographiâ notanda sunt antiqua scriptura Ἐρχομενοῦ pro Ὀρχομενοῦ (cf. n. 74. Corp. Inscr. n. 1569. Oecon. civ. Ath. II. p. 383. sq.) et Ϟ duplicatum ante T in nomine Aristogitonis, quae scriptura in vetustissimo quoque titulo saepissime occurrit. Cf. supra p. 49. Vs. 3. 4. nota omissum καὶ et verborum collocationem (in quâ etiam dualis de industriâ adhibitus videtur) Ὑπατόδωρος Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω. Cf. Pausan. VI, 9, 1. Corp. Inscr. n. 81. 470. 1194. 1195. 1196. et Homeri apotheosin, anaglyphum notissimum, ubi Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς. Postremo ternae lineolae,

quae distinctionem verborum constituunt, haud dubie terna puncta fuerunt, quae antiqua ut plurimum interpunctio est.

Iam hunc titulum statuae aereae victoris, fortasse Pythii, subscriptum puta. Nomen victoris patrisque mutilatum est. Pater Boeckhio coniiciente fortasse Πολάνωρ dictus est, quod nomen reperias apud Pausan. V, 5, 5. ubi tamen liber Parisinus aliique Πυλήνωρ. Sed artifices, qui tantam priorum hominum simplicitatem in titulo studebant aemulari, Olymp. 102. floruerunt (Plin. H. N. XXXIV, 19.). Ambo nominantur apud Pausan. X, 10, 2. Thebanum utrumque fuisse ex hâc inscriptione primum innotescit. Et Aristogitonem quidem Hypatodori filium fuisse coniicit Boeckhius. Itaque quâ aetate posita haec statua est, prisca illa scriptura etiam aequalibus tum prisca videri debebat atque ab usu communi aliena.

31.

Fragmentum Corcyrae repertum. Boeckhio misit Creuzerus.



Mira in hoc monumento versuum est ratio. Nam qui supremo loco positus apparet, is inverso titulo a sinistrâ legitur, alter item a sinistrâ, tertius a dexterâ. Litterae antiquissimae sunt. Sigma est M, μῦ M. Iota fere idem quod n. 26. E exprimitur formâ ad B proxime accedente ut n. 26. Gamma similitudinem habet cum (n. 26. et cum (n. 24. Spiritus asper

pide. / Diphthongi [illegible]

[illegible] Spiritus asper

est B. Sed tota haec antiquitas destruitur unâ diphthongo OY, quae in casus, ut videtur, terminatione comparet. Quae legi possunt, haec sunt:

... ίμου ματρὸς ἐγὼ ἔστα[κα ..

... τυμοι Πολύνου Fαστ ....

ἀ]πελούσατο.

Nam ultima littera videtur O esse. Vs. 2. Fαστ... reliquum est ex nomine fortasse ab ἄστυ composito, quod certe digamma habet, ut Corp. Inscr. n. 1520. FA{{TVOVO (hoc est Ἀστυόχου). De duplice sigma vid. titulum superiorem n. 30.

32.

Repperit Sherardus tribus a Sigeo promontorio miliaribus, quo loco olim oppidum Sigeum stetit. Prodierat Londini a. 1721. fol. et Lugd. Bat. a. 1727. 8. Deinde edidit Chishull. Antt. Asiat. p. 4. et Murat. Thes. Inscr. IV. p. MMCIII. Tum Hessel. in Append. praef. ad Inscr. Gud. C. XXVII. ex schedis Dukeri Hochepiedianis vel Horstianis. Chandler. Inscr. I. p. 3. ex Revelli delineatione, quam cum Boeckhio sequimur. Cf. Rose, Inscriptt. vetust. p. 1. et p. 337-347. Marmor, cui tituli inscripti sunt, altum est pedes VIII, digitos VII, latum pedem I, digitos VI et paullo plus, crassum ultra X digitos. In summo lapide medio foramen incisum est digitos plus quam duos altum, tres digitos latum, in quo patet imaginem, quae imposita erat, infixam fuisse. Nunc est in Museo Britannico. n. 199. sed valde detritum. Vid. Walpol. Mem. p. 97. sq.

[*Vid. tab. insert.*]

Duae sunt inscriptiones. Utraque eiusdem argumenti est et scripta βουστροφηδόν, incipiente scalpro a sinistrâ. Vid. Introd. V. Quae superior est inscriptio, leviter est incisa et perfunctorie, quae inferior, iuste exarata est. Haec litteris perscripta est iis, quibus ante receptas Ionicas utebantur Attici, illa Ionicis. Itaque litterae inferioris tituli sunt hae: Gamma Λ, lambda Ⱶ, delta obliquatum ᐅ; deinde M N V +. Sigma ≶ omnibus locis in sinistram vergit ≷, quae forma proprie in scripturâ a dexterâ ad laevam progrediente locum habet. Cf. alphab. titt. vetust. inprimis formas litterae I in Theraeis inscriptionibus obvias. Diphthongus EI plene scribitur praeter infinitivum μελεδαίνειν; quod et ipsum atticum est. Distinctio modo binis modo ternis punctis fit; in quo bina puncta Boeckhio videntur transscribentis incuriae tribuenda. Iam vero in titulo superiore omnia sunt Ionica. Habes H et Ω. Litterae Φ et Y in hac formas habent etiam vetustiores. P est modo rotundatum modo angulare. Figura litterae Sigma utrimque arcuata in formam cursivi Zeta, quae species τόξῳ εἱλιγμένῳ comparatur ab Euripide. Diphthongi OY et EI exsulant. Distinctio hinc inde binis punctis

constituitur. Sed ut in inferiore titulo scriptura prisca illa Attica, in superiore Ionica est, ita etiam dialectum comparatam habes. Inferioris tituli verba haec sunt:

Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου· κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἠθμὸν ἐς Πρυτανεῖον ἔδωκα μνῆμα Σιγειεῦσι. ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς. Καί μ' ἐποίησεν Αἴσωπος καὶ ἀδελφοί.

„Phanodici sum, Hermocratis f. Proconnesii. Et ego craterem et basin et colum in Prytaneum dedi memoriae causa Sigeensibus. Si quid vero patiar, curate me, o Sigeenses. Et fecit me Aesopus et fratres."

Superioris autem haec:

Φανοδίκου εἰμὶ τοὐρμακράτεος τοῦ Προκοννησίου· κρητῆρα δὲ καὶ ὑποκρητήριον καὶ ἠθμὸν ἐς Πρυτανήϊον ἔδωκε Σι[γ]εεῦσιν.

„Phanodici sum, Hermocratis f. Proconnesii. Craterem autem et basin et colum in Prytaneum dedit Sigeensibus."

Puta imaginem Phanodici supra positam induci loquentem. Cf. Hipparch. sive de lucro. p. 229. Plat. Phaedr. p. 264. D. Herodot. V, 58. Pausan. V, 20. VI, 8. Fuit haud dubie protome sive thorax, qualis est Hermarum, cui infigendo inserviebat lapidis in summâ parte foramen. Vivus Phanodicus imaginem suum Sigei posuit, fortasse in prytaneo (cf. Cic. Verr. act. II. lib. IV, 57.), permittentibus Sigeensibus. At pro donis parum magnificis imaginis honorem publice decretum esse vetustissimâ praesertim aetate credibile non est. Accedit quod iconicae imagines sero in usum communem receptae sunt, ac, si signum Phonodici marmoreum fuit, de quo vix dubites, principia artis sculptoriae obstant, quo minus monumento aetatem eam, quam inscriptiones mentiuntur, tribuamus. Nam marmoris scalpendi ars vix Solonis aetate coepta erat (circa Olymp. 50.), qua Plinio auctore (XXXVI, 4. 1.) Dipoenus et Scyllis primi inclaruerunt. Atqui, si Aesopus noster cum fratribus suis Solonis aetate ex marmore Proconnesio (Strab. XIII.) tantum non primi εἰκόνας fecissent, non est probabile futurum fuisse, ut eorum in historiâ artis negligeretur memoria. Vide de his Boeckhium uberiora disserentem, cuius omnino probanda sententia est, titulum hunc duplicem ipsâ repetitione suspectum ad illa relegantis tempora, *quae labentibus Graecorum moribus et insanâ irrumpente ambitione fora, stoas, curias imaginibus privatorum impleverunt.*

Sed ut ad inscriptiones nostras revertamur, in verbis notanda haec sunt. In titulo inferiore scriptum habes Προκοννησίου, in superiore Προκοννησίου. Utraque scriptio stare potest; quamquam duplex N magis est ex more

(cf. Strab. XIII. p. 425. ed. Paris. 1587.). In titulo Ionico crasis (τεύρμοκράτεος) Ionica est; unde T pro Θ. Porro in inferiore vs. 6. Σιγευεῦσι pro Σιγειεῦσι haud dubie lapicidae imputandum est. Idem nomen in superiore titulo vitium contraxit, ubi Συκεεῦσιν, in quo quod κ est, id non casu sed consilio ex vulgari et plebeiâ dialecto illatum suspicatur Boeckhius. Deinde in inferiore titulo forma ΕΠΟΕΙϟΕΝ ut Boeotica (cf. infra n. 74.) locum habere non potest. Scilicet quadratarius erravit, qui pro ΕΠΟΙΕϟΕΝ formam illam expressit. Omissum ι proprie non offendere, quum ποεῖν et ποιεῖν ab omnibus Graecis dictum sit, non est cur moneamus (cf. Welcker Syllog. p. 179.). Postremo in eodem titulo nomen Αἴσωπος spiritu aspero exstruitur, refragante naturâ nominis. Sed hoc quidem fit etiam alias in antiquissimis titulis Atticis. Vid. Part. II. Cap. II. pr. Iam donariorum nomina sunt in inferiore titulo: κρατήρ, ἐπίστατον, ἠθμός, in superiore: κρητήρ, ὑποκρητήριον, ἡθμός (in quo extremo hoc obiter notamus, alteram litteram scriptam videri Θ, non ⊕; de spiritu leni cf. Giese de dial. aeol. p. 404.). Crateris basis in illâ ἐπίστατον, in hâc ὑποκρητήριον vocatur (v. Plutarch. de orac. def. c. 14.). Altera vox Ionica est (Herodot. 1, 25. ὑποκρητηρίδιον). Quamquam ἐπικρητηρίδιος etiam in Atticis demiopratis legebatur, cf. n. 57. βάθρον ὑποκρατήριον. Sed Atticis usitatius videtur fuisse ἐπίστατον, ὑπόστατον, ἐπιστάτης, ὑποστάτης. V. Corp. Inscr. n. 151. vs. 24. ὑπόστατον τῷ κρατῆρι. cf. Poll. X. 46. Pausan. X, 26, 2. Τὸ ἐπίστατον autem sive ὁ ἐπιστάτης apud Aristoph. Av. v. 436. *basis sive tripus est, in quo ollae et lebetes igni apponantur.* Cf. Boeckh. ad h. l. Ceterum totus hic nominum delectus et discrimen in utraque inscriptione factum subtilius omnino ita comparatum est, ut de antiquitate titulorum satis magna sit causa dubitandi.

Superest, ut de structurâ verborum sententiâque videndum sit. Et sermo quidem inferioris tituli ut cetera simplex est, ita verba κἀγὼ — ἔδωκα simplicitatis affectationi videntur tribuenda. Quae personarum confusio iam a Chisbullo Pausaniae atque etiam hodierno usu illustrata est, quo imago ipsius hominis nomine appellatur. Deinde vs. 7. quae sequuntur verba, ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς, rursum imago loquitur, quasi homo. In quo verbum μελεδαίνειν (cf. Theocr. X. 52. Herodot. VIII, 115.) proprie Ionicum et poëticum quum inprimis de curâ medicâ dicatur (vid. Hippocr. opp.), illud ἐὰν δέ τι πάσχω ita intelligendum erit, ut significet: *si quid detrimenti passa fuerit imago.* Sed quid dicemus de utriusque tituli positu atque origine? Ut omittamus virorum doctorum de hoc exorta dissidia, nobis firma stat Boeckhii sententia contendentis, superiorem titulum post in-

cisum inferiorem qualicumque de causâ additum esse et, ut aliquid inesset discriminis, hominem grammaticae studiosum formas litterarum, dialectum, verba aliquot mutasse, alia omisisse. Nec dissimile vero est, utramque inscriptionem fere simul exaratam esse eâ aetate, quâ prisca scriptura Attica exoleverat et quae vocatur Simonidea, dudum recepta erat. Lege sis plura apud Boeckhium.

33.

In duabus columnis ex marmore Carystio, in viâ Appiâ tertio ab urbe lapide positis et apud sepulcrum Metellae repertis, quae nunc Neapoli asservantur. Transscripsit Smetius fol. V, 3. ex quo dedit Gruterus p. XXVII, 1. Explicuerunt olim scripturae formam Scaliger ad Euseb. p. 102. sq. et Salmasius in singulari libro, Paris. 1619. 4. Ex Grutero dedit Montfaucon. Palaeogr. p. 135. et inde perversissime Murator. I. p. XCIX, 2. Ante Murator. dederat Chishull. Inscr. Sig. §. 5. Ant. As. p. 10. et inde iterum Murator. IV. ad p. MMCIV. Praeterea Shuckford Harm. sacr. et prof. script. I. p. 176. et Lanzi, saggio di lingua Etr. I. p. 114. sq. Cf. Visconti, Inscr. Triop. p. 6.

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]

„*Etiam columnae Cereris ac Liberae sunt donarium et inferorum deorum. Et nemini fas demovere ex Triopio, quod est ad tertium ad viam Appiam lapidem in agro Herodis. Neque enim utilius moventi. Testis dea vialis.*"

Monumentum est Herodis Attici, qui triopicam religionem ἐν τῷ τριοπίῳ τεμένει instituerat ob ipsum Regillae uxoris funus. Is Hadriano principe natus usque ad Commodum perduravit. Notum eius est studium rerum antiquarum (v. Philostr. vit. Soph. II, 1, 14.). Et sane in his inscriptionibus strictissimam regulam palaeographiae Atticae secutus est. Scriptura prisca Attica est. Vid. Part. II. pr. Caudas litterarum Α Λ Μ Ͷ apud Smetium nimium incurvas non esse in columnis quum ex Lanzii notâ intelligi potest, tum nos ipsi vidimus. Sigma proxime accedit ad formam basis Deliacae vid. n. 44. Spiritus asper Η accuratissime positus est; pro ΟΥ ubique est Ο. Utrumque tam diligenter observatur, ut litterâ Ο etiam negatio designetur (cf. pag. 49. sq.) et Η vel in mediâ sit voce expressum ut ΕͶΗΟΔΙΑ (vid. Part. II. Cap. III. pr.). Ceterum tituli ex antiquo more κιονηδὸν scripti sunt (vid. Introd. V.). Iam utriusque columnae eadem est inscriptio, nisi quod in alterâ post vs. 12. litterae ΙΕͶΤΟΙ vitiose omissae sunt, atque in eâdem in fine ΚΑΙ additum est, quod in priore deest. Sed ibi quoque reponendam esse particulam illam ex ipso verborum ordine apparet. Quippe minorem inscriptionem infra positam pro priore habendam

ODENI ΘE
MITONME
TAKINESAI
EK TO TRIO
PIO HOES
TIN EPI TO
TRITOEN
TEI HODOI
TEIAPPIAI
EN TOI HERO
DO AΓROI
OARLOI
ON TOI
KINESANTI
MARTYS
DAIMON
ENHODIA

In altera parte eiusdem columnae

KAI HOIKIONES
DEMETROSKAI
KORESANAΘEMA
KAI +ΘONI
ON ΘEON

ODENI
ΘEMI
TONME
TAKINE
SAIEKTO
TRIOPIO
HOESTIN
EPI TO
TRITO
EN TEI
HODOI
TEIAPPIA
HERODO
AΓROIO
ARLOI
ON TOI
KINESAN
TIMAR
TYS DAI
MON
ENHODIA

In altera parte

KAI HOIKIO
NESDEMETROS
KAI KORES
ANAΘEMA
KAI+ΘONI
ON ΘEONKAI

Καὶ οἱ κίονες
Δήμητρος καὶ
Κόρης ἀνάθημα
καὶ χθονί-
ων θεῶν· [καὶ]

οὐδενὶ θε-
μιτὸν με-
τακινῆσαι
ἐκ τοῦ Τριο-
πίου, ὅ ἐσ-
τιν ἐπὶ τοῦ
τρίτου ἐν
τῇ ὁδῷ
τῇ Ἀππίᾳ
ἐν τῷ Ἡρ-
ώδου ἀγρῷ·
οὐ γὰρ λώϊ-
ον τῷ
κινήσαντι.
Μάρτυς
δαίμων
ἐνόδια.

Καὶ οἱ κίο-
νες Δήμητρος
καὶ Κόρης
ἀνάθημα
καὶ χθονί-
ων θεῶν· καὶ

οὐδενὶ
θεμι-
τὸν με-
τακινῆ-
σαι ἐκ τοῦ
Τριοπίου
ὅ ἐστιν
ἐπὶ τοῦ
τρίτου
ἐν τῇ
ὁδῷ
τῇ Ἀππίᾳ
[ἐν τῷ]
Ἡρώδου
ἀγρῷ· οὐ
γὰρ λώϊ-
ον τῷ
κινήσαν-
τι. Μάρ-
τυς δαί-
μων
ἐνόδια.

esse, quadratario de industriâ dedicationis formulam a formulâ prohibendi seiungente, primus vidit Boeckhius. Itaque initium fit a ΚΑΙ, quod alia quoque dedicata Cereri et Liberae et inferis diis essent. Atque hae columnae in via ad introitum Triopii ex adverso videntur positae esse, unde *μάρτυς δαίμων ἐνοδία*, quae est Hecate Diana, triviorum praeses et viarum De inferorum deorum cultu ad Triopii, ut videtur, Carici exemplum instituto vide plura ap. Boeckh. ad h. l.

34.

In anaglypho marmoreo ex Peloponneso, ut dicitur, allato, Wiltoni prope Sarisberium in Museo Pembrokiano. Vid. Kennedy description of the antiquities and curiosities in Wiltonhouse, Sarisb. 1769. 4. praef. XXVI. Edidit Jos. de Bimard la Bastie et commentatus est ap. Murat. I. p. 35-48. Inde petierunt Benedictini Nov. tract. dipl. I. p. 626. (cf. p. 631.). Boeckh. habet etiam ex schedis Spikeri et Mülleri, qui Wiltoni transscripserunt. Cf. Rose Inscr. vetust. tab. LII. p. 331.

ΜΑΝΘΕΟΣ:ΑΙΘΟΥ:ΕΥ
:ΙΠΕ:ΙΙΔ:ΙΕΤΣΙΡΑΧ
ΝΙΚΕΙ ΠΕΝΤΑΘΛΟΥ:
ΣΟΔΙΑΠ

Titulus *βουστροφηδὸν* recentiore ductu scriptus est. Nec litterae quidquam praebent, quod cum scripturae huius antiquitate non conveniat. Nam Μ satis antiquum esse docet galea Hieronis (n. 27.), ubi vel Ν vulgare est, cuius forma in Bimardiano exemplo nostrae inscriptionis variat. De ceteris vid. supra alphabet. Interpunctionis rationem in fine versus exemplis n. 23. et 24. defendit Boeckhius, comparatâ inscriptione Sigeensi, ubi vel initio versus reperitur. Sed diphthongus ΟΥ bis eâque in terminatione obvia, ut n. 31., satis suspectam reddit huius tituli originem. Et dialectus omnino vulgaris est, nec quidquam inest vetustae doricae vel aeolicae orationis. Anaglyphi quidem stylum priscum perhibet Müllerus, sed videndum est, ne ipsum anaglyphum ad formam antiquioris exempli factum sit aetate recentiore. Accedit quod adrasum lapidem Müllerus notat. Ex quo hîc quoque simulatam antiquitatem agnoscas. Verba sunt haec:

Μάνθεος Αἴθου εὐχαριστεῖ Διῒ ἐπὶ νίκῃ πεντάθλου παιδός.

„*Mantheus Aethi fil. gratificatur Iovi pro victoriâ quinquertionis pueri.*" Quippe Mantheus inter pueros vicerat quinquertiones. Quibus autem in ludis vicerit πένταθλος παῖς, coniecturâ assequi non licet. De Olympicis certe cogitari non posse iam alii viderunt. Etenim numquam Olympiae pueri πένταθλοι prodierunt, nisi Olymp. 38. quâ Eutelidas Lacedaemonius victor fuit (v. Pausan. V, 9. VI, 15.). Sed scilicet praeter Nemeaea plurimos ludos in Graeciâ Iovi celebratos esse constat, nec necesse est in Peloponneso victoriam reportarit Mantheus; potuit domi in Peloponneso pro victoriâ alibi partâ Iovi donarium dicare. Cf. Müller. in Boettig. Amalth. III, p. 43. sq. qui coniicit in Olympieis Atticis reportatam esse victoriam. In verbis pauca notanda sunt. Nomen Μάνθεος Boeckhio videtur a Μανίθεος (Μηνίθεος cf. C. I. n. 169. col. 3. vs. 23.) per syncopen factum esse. Verbum εὐχαριστεῖν eo sensu, quo alias dicitur ἀναθεῖναι χαριστήριον, etiam alibi occurrit in titulis non ita vetustis, ut in Halicarnasseo C. I. 2663. εὐχαριστῶν κυρίαις Νεμέσεσιν. cf. n. 131. Ceterum novicium esse titulum ex vulgari, quam refert, dialecto apparet. De aliâ suspicione minus gravi vid. Boeckh. ad h. l. p. 51.

35.

In arâ rotundâ bacchicâ, anaglyphis priscae fabricae pompam bacchicam exhibentibus insigni, Wiltoni in Museo Pembrokiano. Dedit Murator. IV. Append. p. MCMLXXXIX. 5. Meliora apographa sunt ap. Kennedy (Description of the antiquities and curiosities in Wiltonhouse, p. 5.) et in Archaeol. Britann. I. p. 155. Cf. Rose, Inscr. vetust. tab. LII. p. 334. Boeckhius praeterea usus est apographis Spikeri et Mülleri. Textum vid. in margine.

ΒΑΚΧΕΥΤΟΡΑΙΑΝΘΟΚΑΡΕΝΟΝ

ΜΕΛΠΟΜΕΝ:ΔΙΟΝΥΣΟΝΑΓΛΑΟΜΟΡΦΟΝ:

Universus titulus uno versu continuo aram cingit. Interpunctiones Müllerus nullas, Murator. et Spiker. inter voces binas quasque habent. Kennedy et Pegge in Archaeol. Britan. eas praebent, quas cum Boeckhio reddidimus. Litterae sane priscae sunt. Lambda ex apographis Mülleri et Spikeri idem est illi, quod in titulo praecedente vidimus, non multum dissimile litterae sigma. Litterae Ξ formam Ι diserte offerunt Kennedy, Pegge, Müller. Quamquam Spiker. dedit Ξ, Mu-

rator. Ξ. Quodsi genuina est forma Ι, titulum cum nummis recentioribus composuerim, in quibus ξι hâc formâ exaratur (v. Eckhel. Prolegg. I. p. CI. cf. Schlaeg. de num. Alex. 55. Torremuzza, Cl. 16. n. 6.). Boeckhio certe consensus ille plurimorum in Ι probabile reddit in huius inscriptionis alphabeto Ι fuisse ξι, ut pro ζῆτα scriptum fuerit Z. Ἦτα vocalem Spikeri apographum praebet in voce ξανθοκάρηνον; ceteri constanter E, quod utique scripturae O pro Ω in primâ voce magis convenit. Verba aperta sunt:

Μέλπωμεν Διόνυσον ἀγλαόμορφον βακχευτῆρα ξανθοκάρηνον.

Quae ex poetâ videntur petita, fortasse antiquiore, unde illa epitheta hauserit bacchici hymni auctor in Anthol. Iacobs. III, p. 217. II. p. 185. ubi, quidquid in hâc inscriptione inest, reperias. Quamquam Boeckhio hic titulus ex bacchico isto hymno fraude confictus esse videbatur.

III. DE TITULIS SPURIIS.

Praeter titulos, quos hac appendice antiquioris fraudis nomine notavimus, satis ampla exstat copia inscriptionum, quae, priusquam rectior harum rerum via a subtilioribus ingeniis monstrata est, diu summae vetustati affingebantur. In monumento antiquo. fictus est titulus Musei Borbonici olim Puteolanus: τῇ Ἑλλάδι τὸ τρόπαιον ἐστάθη καταν ικηθέντων τῶν Καρυατῶν. In ficto monumento fictum titulum ex Mediceis cimeliis affert Maffeius Crit. lapid. 79. Eiusdem generis multi sunt sub statuis et protomis scripti. Ex insigni autem officinâ sunt inscriptiones viginti sex a Fourmonto ex Peloponneso reportatae. Quae utrum a Fourmonto ipso an ab aliis sint confictae, nos iam non inquiremus; quamquam post curas Boeckhii illud est probabilius. (*) Etenim Fourmontus integros titulos protulit, qui non solum remotissimae aetati tribuuntur, sed etiam a Spartanis illitteratissimis et vel paucissima loquentibus profecti esse dicuntur. Atqui, qui Lycurgi instituta omnia litteris concepta antiquitus fuisse putent, pauci hodie reperientur. Nec, nisi regum regiarumque familiarum catalogos (Plutarch. Agesil. 19.), oraculorum a regibus custoditorum tabulas (Plutarch. adv. Colot. 17. coll. Herodot. VI, 57.), et quattuor rhetras antiquissimas ex priscâ aetate memoratas (vid. Müll. Dor. I. p. 134. sq.) videmus, in quibus rhetris ipsis inerat

(*) Quam perite Boeckhius in his rebus versatus sit, vel ex eo intelligi potest, quod, quas inscriptiones Fourmontianas pro veris habuit, eae iam maximam partem ab aliis iterum et reperiuntur in Graeciâ et repertae sunt, quas pro falsis, nusquam ab ullo. V. Rofs. Inscr. gr. inedd. I. p 15.

μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις. Accedit quod in illis titulis fingendis tantum erratum est et ad palaeographiam et ad historiam et ad dialectum, ut nihil umquam possit perversius excogitari. Tituli hi in Corp. Inscr. n. 44-69. exhibentur, ex quibus potissima profligabimus, ne in quisquiliis dinumerandis frustra tempus conterere videamur.

36.

In Fourmontianis sine loci notitiâ. Ex ruderibus templi Apollinis Amyclaei petitum esse titulum censet Barthelem. qui edidit Mém. Acad. Inscr. XXIII. tab. 1. ad p. 421. et explicuit. Ex Barthelem. dedit D'Hancarville Recherch. II. tab. 25. Knightius tab. III. et vulgaribus litteris hanc et sequentem inscriptionem repetiit Lanzi, Saggio di lingua Etr. I. p. 95. sq. cum speciminibus scripturae tab. I.

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]

Ματερες και κουραι του Απολλονος και ετ[εα τον] ματερον Ακακαλις Ακρατου ματεερ Δ. Αεεροπα Οκσυλου κουρα Αμυμονεε Διαλκεος ματεερ ΔIII. Γναθο Λασιου κουρα Λαοδαμεεα Αμυκλα βασιλεος ματεερ IIII. Γναθο Λασιου κουρα Α[ρι]στα Αδστα[νος] ματεερ ΔΔΔII. Ιασις Ιασου και Π.. οεε Ακαστου κουραι Λαοδαμεεα Αργαλου ματεερ ΔII. Καλιστο Θεοπομπου κουρα .....εα Αρχεδαμου ματεερ Γ. Κλιο Αριονος κουρα Καλλιροεε Αδραστου ματεερ ΔΔΔ. Ακακαλλις Θεοκλεος κουρα Δαμονασστα Αττεριονος ματεερ ΔΔΔΔΓIIII. Ανατο Αριστοβουλου κουρα Χθον[ια] Πολυδορου ματεερ ΔΔΔΔΓII. Προκρις Πολυμεστορος. κουρα Ατια Πολεμαρχου ματεερ ΔΔΔII. Πολυδορα ......

Scriptura est βουστροφηδὸν exarata, incipiens a dexterâ; sed tertio versu post indicem incipit novus ordo a sinistrâ. Rursum v. 5. nova series a dexterâ orditur, itidemque deinceps novi articuli omnes a dexterâ ordiuntur, etiam ubi ex ordine versuum contrariam rationem exspectaveris, ut vs. 10. 13. vs. 14. pr. nota E inversum. Sed haec quidem non nimis premenda sunt.

Litterarum formae (fere mediae antiquitatis) aliquoties variantur, ut K et Є, V et Y, Γ et Π vs. 21. Rotundatum K nondum repertum est in ullo genuino monumento, nisi cum Boeckhio ad foedus Graecum provocaveris, in quo C pro K scriptum fuisse Scaurus tradit p. 2253.; habet tamen aliquam cum Caph Phoenicio similitudinem, ubi crura non in unum punctum coëunt (ꓘ), ex quo expressa forma antiquissima ⱬ est, in titulis Theraeis obvia (n. 1-20.). Litterae Θ forma quadrata cum rotundâ composita in titulo antiquiore fortasse non offendit. Nam titulus C. Inscr. n. 1037. a Fourmonto transscriptus habet quo defendatur tit. Rossian. (Inscr. gr. inedd. n. 33.). Quamquam formae quadratae ⊡ ☐ ⊏ (pro Θ O Σ) in titulis Ro-

ΟΣΣΟΠΚ ΛΟΤ ΙΚΑΛΟϡ ΙΑϡ ΣΕ ΑΕΤΑΜ
ΝΟϟ ΚΑΙ ΕΤ . . . . . . ΜΑΤΕΡΟΝ
ΑΓΑΓΑLΙϟΑΚΡΑΤΟV ΜΑΤΕΕΡ ∇
ΑΑVΟϡ VΟΑVΣϡΟ ΑΠΟΑΕΕΑ
ΑΕΕΤΑΜ ΣΟΕϡΣΑΙ∇ ΕΕΝΟΜVΜΑ
∇ΙΙΙ ΑΝΑΘΟ LΑϟΙΟV ΚΟVΑΑ
ΣΑΔ ΑΣϡVΜΑ ΑΕΕΜΑ∇ΟΑΣ
ΙLΕΟϟ ΜΑΤΕΕΡ ΙΙΙΙ ΑΝΑΘΟ . . ϟΙΟV
ΑΑVΟϡ
ΙΙ∇∇∇ ΑΕΕΤΑΜ . . . . ΑΣ∇Α ΑΣ . . . Σ
ΙΑϟΙϟ ΙΑϟΟV ΚΑΙ Π . . ΟΕΕ ΑΓΑϟΤΟV
ΙΑΑVΟϡ
ΕΤΑΜ VΟΣΑΛΑΑ ΑΕΕΜΑ∇ΟΑΣ
ΕΡ ∇ΙΙ ΚΑLΙϟΤΟ ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ ΚΟVΡΑ
Π ΑΕΕΤΑΜ VΟΜΑ∇ΕΧΑΑ ΑΕ . . . . .
ΚLΙΟ ΑΡΙΟΝΟϟ ΚΟVΡΑ
ΑΑΑ ΑΕΕΤΑΜ ΥΟΤΣΑΑΑΑ ΕΕΟΑΙΣΣΑΚ
ΑΓΑΚΑLLΙϟ ΘΕΟΚLΕΟϟ ΚΟVΡΑ
ΑΕΕΤΑΜ ΣΟΝΟΙΑΕΤΣΑ ΑΣΣΑΝΟΜΑ∇
∇∇∇∇Γ ΙΙΙΙ ΑΝΑΤΟ ΑΡΙϟΤΟΒΟΥLΟΥ ΚΟΥΡΑ
ΙΙΠ∇∇∇∇ ΑΕΕΤΑΜ ΥΟΑΟ∇VΣΟΠ . . ΝΟΘΧ
ΓΡΟΚΡΙϟ ΠΟLVΜΕϟΤΟΡΟϟ ΚΟΥΡΑ
ΙΙ∇∇∇ ΑΕΕΤΑΜ VΟΧΑΑΝΕΣΟΠ ΑΙΣΑ
ΠΟLVΑΟΡΑ . . . .

manae demum aetatis reperiuntur. Vid. infra Cap. V. et VI. pr. Alia omnino ratio est formae ⊞ cum O compositae in n. 24. Aspiratae consonae insunt Θ et X. Pro compositis Z et Ξ habetur ΔΣ et ΚΣ; posterius veteris est Dorismi et Aeolismi (v. alphab. titt. vetust. s. l.). Sed ΔΣ pro Ι sive Z in titulis genuinis non reperitur, neque, opinor, umquam reperietur. Dialectus decreti contra Timotheum Milesium licet non extra dubium positi certe ΣΔ pro Ι praebet, ut ΑΤΙΜΑΣΔΕ. In aliis Δ simplex substituitur antiquitus, ut Δεύς pro Ζεύς (Hesych.), Δάνκλε in nummis Zanclaeis (v. Eckhel. I. p. 219.), unde Fourmontus promsisse suum Δευξίδαμος videtur (Corp. Inscr. n. 58.). Magis etiam offendit digamma omissum. Prisci enim Lacones et remotissimâ aetate Graeci universi Ϝέτος dicebant et Ϝάναξ, unde certe ΔαμοϜάνασσα exspectatur in inscriptione nostrâ, praesertim quum vel in Romanae aetatis titulo Laconico habeatur Εὐρυβάνασσα. Mira inconstantia est in consonis modo duplicatis modo non duplicatis, ut Ἀπόλλωνος, Καλιστώ, Ἀκάκαλις, Ἀκάκαλλις. Vetustiorem rationem non duplicandi supra vidimus p. 49. In longis vocalibus autem novum monstrum deprehendimus ΕΕ pro Η, ut est in aliis Fourmontianis et in titulo Petrizzopuli n. 39. in illis etiam ΟΟ pro Ω. Neutrum in aliis titulis inveneris, nisi iis, quos Fourmontianos et Petrizzopuli cognovimus. Homericum δέελον ita est singulare, ut peculiaris quaedam ratio subesse videatur. Neque alia exempla protulit Villois. Anecd. II. p. 124. sq. Cf. Boeckh. contra Rochett. disputantem p. 69. *b.* et Rose, Inscr. vetust. p. XX. Denique ΟΥ constanter scriptum, quod in antiquissimis et indubitatae fidei titulis frustra quaeras, maxime offendit in terminationibus (cf. n. 34.), idque ibi quoque positum, ubi ex dialecti ratione stare nullo modo potest, ut in voce κούρα. Quippe Lacones κώρα pronuntiabant. Postremo dialecti considera intolerabiles varietates: Ἀεερόπα (debebat certe Ἀερόπα), quod Doricum est; Ἀμυμόνεε, Καλλιρόεε, quae ex vulgatis sunt desumpta. Sic Πολυμέττορος sive Πολυμεέττορος, pro quo debebat dictum esse Πολυμάττορος. Atqui, licet Paus. (II, 37.) Argivos ante Dorum imperium simili atque Athenienses sermone usos esse contendat, praeter Αἰγιαλὸν universae Peloponneso Aeolica ante Dores dialectus tribuenda est; ut Ionicae linguae in Fourmontianis usus non minus, quam cetera, fraudis praebeat indicium. His omnibus in unum collectis dubitari non potest, quin titulus spurius sit: quod iudicium magis etiam ex argumento inscriptionis confirmatur.

De Apollinis Amyclaei sacerdotio agi Barthelem. merito collegit ex nominibus, quae ibi leguntur. Fuerit igitur muliebre Apollinis Amyclaei

·ΛΕΑΚΛΡΑΛ ΥΤ ΑΙΛΑΜΕ ⊞Μ
ΤΕΕΡ Ε ΚΑLΙΓΑΚϟ.... ΤΑ ΚΑLΙΝΑΚΑ
ΔΑΑΜΙΛΑΑ ΔΤ Α ΙΑΑΤΜ ΑΕΕΤΑΜ
ΜΑΤΕΕΡ Κ ΚΑΡΑΔΕ ΑΙϟ ΤΑ ΚΑΡΑΔΕΑΔ
ΥΑΕΑ ΔΤ ΑΝΔΜΥΜΑ Ρ Α ΑΕΕΤΑΜ
ϟΕΔ ΜΑΤΕΕΡ ΝΕ ΡΝΑΜΑ ΝΑ ΤΑ
ΜΑΑΑΝΥΛΟΜ Μ ΑΕΕ ΤΑ ΡΠU
ΤΑ ΡΑΙϟΕΤΑΝΔΕΡ ΤΑ ΡΑΙϟΕΤΑ ΜΑΚΔΜ
ΑΑΑΜΤΕΖΙΑΑ ΔΤ Ζ ΙΑΑΑΜ ΑΛ ΑΕΕ ΤΑ
ΜΑΤΕΕΡ ΚΕΡ ΓΡΙ Α ΤΟ ΚΑ L ΙΚΕΡΑΤΑ
ΟΑΑΜΙΛΑΑ ΥΤ ΑΝΔΜΑΜΑ ΑΜ ΔΑΑΑ
ΚΟΡΑ L ΑΜΔΜ ΟΝΑ ΤΟ ϟΕΚ ΕΓΡΑ ΜΑΤΕΕΡ Κ
ΑΑ ΑΕΕΤΑΜ ΔΑΠΕΚΕΖ ΑΤ ΖΙ ΜΑΛΑΖ
ϟΕΚΑLΑ ΤΑ ϟΕΚΙLΑ ΜΑΤΕΕΡ Ν Β
Α ΑΕΕΤΑΜ ΥΑΔ ΑΙΚΛΑ ΥΤ ΑΜΥΜΕΚΕΖ
ΓΕϟΑΓΙϟ ΤΑ ΑΓ ΙΑ ΑΜΑ. ΜΑΤΕΕΡ Λ
ΔΑ ΑΕΕΤΑΜ ΔΒΕ ΜΑ ΕΖ ΟΤ ΑΝΕΜΟΑΕΠ
ΓΑLΥ ΚϟΡ ΤΥ ΓΙϟΑΝΔΡΑ ΜΑΤΕΕΡ ΚΑ
ΥΥΑ ΥΑΑΑΜΑΤΖΙΑΑ ΥΔΤ ΑΙ ΥΒΥΛΑΠ
Ρ Α Κ ΜΕLΑΝΙΓΓΑ ΤΟ Υ Μ ΝΑϟΑΝΑϟ
ΥΟΑΑΜΟΤΖΙΑΑ ΥΟΤ Ζ ΙΜΑΛΑΖ Α ΑΑΟΑ
ΚΟΡΑ ΚΜΕLΑΝΙΓΓΑ ΤΟΥ ΜΕLΑΝΙΓΓΟΥ ΚΟΡΑ Κ
Β ΑΑΟΑ ΥΟΑΑΝ ΑΖΙΠ ΥΟΤ ΑΖΕΠΑΑΜ
ΜΕLΑΝΙΓΓΑ ΤΟΥ ΓΙϟΑΝΔΡΟΥ ΚΟΡΑ ⊞
Β ΑΑΡΑΥΡΠΠΙΝΑ ΕΜ ΥΟΤ ΑΤΖΑΚΙΖΕΑΕΕΜ
ΑΓΑΙΑ ΤΟΥ LΥΖ ΙϟΤΡΑΤΟΥ ΚΟΡΑ ΚΑ

sacerdotium; quod prorsus novum. Accedit denominatio *ματέρες καὶ κοῦραι Ἀπόλλωνος*, quae quid sibi velit, Knightius assecutus est, qui in Galliae coenobiis memorat monachas vocatas esse *les mères et les filles du bon Dieu*, eamque formulam sibi familiarem Fourmontum graece expressisse. Harum matrum anni designantur, per quos sacerdotium gesserint; dein, quibus usae sint puellis ministrantibus, in unâquaque additur. De numeratione decadicâ cf. ad tit. seq. Tabula ipsa ab Amyclae aetate orditur. Theopompus, Archidamus, Polydorus regum Spartae Doricorum sunt nomina, quae nunc ita proponuntur, ut iam ante Dores Amyclis usitata fuisse videantur. Quod absurdum est. Vide sis Boeckh. ad h. l. et tit. seq.

37.

Ex ruderibus templi Amyclaei, fragmentis hic illic disiectis sed congruentibus. Ediderunt Benedictini Nov. tract. dipl. I. p. 615. sq. Barthelem. unâ cum tit. praecedente tab. II. qui etiam explicuit. Dedit D'Hancarville Rech. II. tab. 26. Knight. tab. IV. et eodem quo tit. praegr. modo Lanzi, loco ibi citato. Transscripsit etiam Bekkerus, cuius apographum cum Benedictinorum exemplo ut plurimum consentit. Nos cum Boeckhio exemplum Barthelemii dedimus.

[*Textum vide pag. praeced. interpositum*]

In exemplo Benedict. vs. 2. extr. post Καλιμακο additur ϟ (Καλιμακος). Vs. 3. littera nona A omittitur. Vs. 4. extr. ultimae tres litterae omissae sunt. Vs. 6. litt. 11. pro E habetur K, et litt. 14. A pro Δ. Vs. 10. extr. pro Καλικρατο est KAI.PKEPATD. Vs. 12. ultimum K omittitur, Bekk. habet. Vs. 18. pro Πισανδρο est Πιρανδρο, quod defendi potest Laconismo et Aeolismo Eleorum et Eretriensium, qui P pro Σ vel in mediâ voce pronuntiabant. Vs. 21. extr. in voce Ἀριστομακου primae litterae obscuriores sunt. Vs. 25. habetur MEEΔEϟITA.

§. 1. ... μθ'. Εναλια το Αμοκελ[α μα]τεερ ε'. Καλιπακτ... τὸ Καλιμακο ματεερ νγ'. Ακια το Καλιμακο ματεερ κ'. Καραδερις το Καραδερο ματεερ κδ'. Αμομενα το Δεροσεο ματεερ νε'. Αμομονα το ... λιπο ματεερ μ'. .... το Αριστετανδερ Ꭓ το Αριστετομακο ματεερ λα'. Μακρις το Αριστετ[ο]μακο ματεερ κε'. Απαια το Καλικερατο κορα να'. Αμομονα το Καλιμακο κορα λ'. Αμομονα το Σεκεπρο ματεερ κ'. Σαλαμις το Σεκεπρο ματεερ κα' (Lanzi κδ') Σεκολα το Σεκιλο ματεερ νβ'. Σεκενομα το Αλκιδοκο ματεερ α'. Πεσοπις το Αγκιδαμο ματεερ γ'. Περομενα το Σερμεβο ματεερ κδ'. Πολοκσο το Πιρανδρο ματεερ κδ'.

§. 2. Πολυβοια του Αριστανδρου κουρα κ'. Μελανιππα του Μνασονος κορα κ. Σα-

λαμις του Αριστεμακου κορα κ'. Μελανιππα τευ Μελανίππου κορα κ'. Μαρπετα του Πισανδρου κορα β'. Μελανιππα του Πισανδρου κορα ϑ'. Μεεδεσικαστα του Μελανιππου κορα β'. Απαια του Αυτιστρατου κορα κα'.

Titulus βουστροφηδὸν scriptus est, initio a dexterâ sumpto. Litteras similes praebet iis, quas in titulo praecedente vidimus. B non in omnibus locis idem est nec K. A et P in versibus a dexterâ progredientibus parum distincta sunt. O ut plurimum triangulare est; in alterâ parte tamen circulo affinius. Δ vulgare est vel proximum vulgari; ceterum litterae A P O Δ saepe tam similes sunt, ut aegre dignoscantur. Pro Γ in vs. 16. (Αγκιδαμο) exspectaveris P (Αρχιδαμο). Quumque in hac inscriptione omnia rectis lineis incisa sint, Θ quadratum excusandum videtur. Sed aspirata in solis numeris assumpta est; pro consonis aspiratis tenues K et Π habentur, ut Απαια (p. Ἀφαία, nomen Dianae in Aeginâ. v. Müller. Aegin. p. 163.) Σεκεπρο (p. Σκέφρου. Paus. VIII, 53.), quod sine exemplo est in genuinis titulis (cf. n. 39. et de diversâ re Giese de dial. aeol. p. 356. sq.). Fortasse hoc pronuntiationi gallicae debetur; nam v. g. Καλλίμακος pro Καλλίμαχος aliter explicari vix potest. Compositae consonae non insunt. Pro ξ habes KΣ, ut in titulo superiore, pro Ω est O, ut ibidem; pro H redit EE, quamquam inconstanter, ut Μαρπεσα scriptum est pro Μαρπεεσα. Pro duplici consonâ in §. 1. constanter simplex ponitur, ut Καλιμακος; contra §. 2. duplicatur consona. Nam differt scripturae genus utriusque paragraphi; siquidem §. 2. Y suis locis scribitur, §. 1. autem pro eo habetur O, ut Πολοκσο (i. e. Πολυξώ), ut Αμομονα (i. e. Ἀμυμώνα). Cf. Villois. Anecd. II. p. 169. sq. et 301. Deinde §. 1. diphthongus OY nusquam scripta exstat, sed O pro OY vel pro Ω. Contra §. 2. OY etiam in terminationibus comparet, et semel in voce κούρα. Ex quo satis apparet non priscum titulum videri posse. Porro in parte priore saepe E inter duas consonas inseritur sine etymi ratione, ut Καλικεματο (p. Καλλικράτου s. Καλλικράτευς, sed ἑτεροκλισία nominis non offendit), Δερεσεο (p. Δροσεω vel Δρύσεω), Αριστεμακο (p. Ἀριστομάχου), Σεκεπρο (p. Σκέφρου), Σεκολα (p. Σκύλλα), Πεσεπις (p. Ψῶφις), Περομενα (p. Πρώμνα, Paus. VIII, 14, 6.), Αριστερανδερ (p. Ἀριστάνδηρ, de hac Fourmontianâ terminatione v. tit. seq. nisi nostro in loco Αριστερανδερο legendum est, quod monuit Boeckhius). Iam mihi vide num haec graeca sint. Nam quae ad hanc miram rem defendendam a viris doctis exempla sunt allata, aut alius sunt generis, aut sunt Fourmontiana. Recteque Knightius, qui istud E Fourmontiano Hebraismi studio tribuit (v. Boeckh. ad h. l. p. 72.). De nomine Σεκενομα, cuius varia lectio est Σεκεμομα, Boeckh. monet: *melius foret* Εκενομα *hoc est*

Ἐχενόμα. Pro Σερμεβο Barthelem. correctum ibat Σε[ερ]αμεβο (hoc est Σηράμβου, vid. Paus. VI, 10. Max. Tyr. diss. IV.), in fracturâ lapidis periisse duo elementa statuens. Non minus offendit per universam inscriptionem saepius recurrens articulus τοῦ. Quippe notum est, Graecos dicere solitos esse Λύσανδρος ὁ Ἀριστοκρίτου vel Λύσανδρος Ἀριστοκρίτου, raro Λύσανδρος τοῦ Ἀριστοκρίτου, ut ap. Paus. V, 3. extr. cf. supra n. 4. Quae ratio eo insolentior est, quod titulus remotissimae vel ante Homerum aetati affingitur. Postremo in utrâque parte numeri sunt litterales ε'. νγ'. κ'. etc. (non, ut in tit. praeced., decadici); qui usus novicius est, quum in vetustissimâ quaque inscriptione sola decadica numeratio soleat obtinere. Ac mirum, quod in numeralibus assumptae illae litterae sunt, quas in verborum ordine dissimulatas videmus, ut Θ, et numeri eo ordine decurrunt, ut etiam Z numeri septenarii notam esse intelligas, quum in titulo praecedente, qui eiusdem et loci et aetatis habendus est, littera Z plane ignoretur. Praeterea nota K inversum pro καὶ, quod in titulis recentioribus solo K paullulum immutato significatur. Id vero nunc inversum dicitur, ne pro numerali notâ haberetur.

Titulus hic similis argumenti est atque is qui praecedit. Uterque ab eadem Amyclae aetate incipit, ut appareat aut diversorum sacerdotiorum his duabus inscriptionibus recensus contineri, aut eundem catalogum bis et vario modo finxisse qui finxerit, quod omnino probabilius est. Multa de utroque titulo Barthelem. coniecit, sed frustra omnia. Vid. Boeckh. ad h. t. p. 74.

38.


Amyclis prope templum ficticium Ongae. Ex schedis Fourmonti Bekkerus.

Λυσανδεερ Λυσανδρου το Ανακο το Δαματριου το .... το Λυσανδρο το Ανακο (vel Λαμαχο) το Κλεοδαμο το Λυκεοργο το Σιοπομπο βαγος.

Habes alium lusum Fourmonti. Primum sese offert monstrum EE, ut in titulis praecedentibus. Articulus scribitur TO, et tamen scriptum est Λυσάνδρου, Δαματρίου; contra inde a vs. 3. constanter etiam in terminationibus est O, quasi in nominibus antiquioribus referendis etiam scriptura debeat ad antiquiorem formam accommodari. Sed OY eâ aetate, cui titulus affingitur, non magis Laconibus usitatum fuit quam Atticis. ϟ et Ⱶ prisca sunt, et tamen vs. 4. in nominis Κλεοδάμου ligaturâ Λ comparet. Accedit ligatura vocabulorum, quae usûs est recentissimi. V. infra Append. II. c. II. Propriae Fourmonti formae sunt Λυσάνδηρ pro Λύσανδρος, Λυκέοργος pro Λυκόεργος (Analect. II. p. 231.) vel Λυκόεργος (Hom. Il. ζ'. 130. cf. Herodot. I, 65.). Σιόπομπος sane est Laconicum; sed non multum interest Fourmonti, hoc an Θεόπομπος ponat. Cf. n. 36. Vox βαγὸς nunc *dux* significat, non *rex*, ut in aliis Fourmontianis (C. I. n. 57. 58.). Et eo ducit Hesychii glossa: βαγὸς, βασιλεὺς καὶ στρατιώτης, pro quo στρατηγὸς vel στρατηλάτης scribendum esse monet Boeckh. Hic dux Lysander quum decimus a Theopompo, rege haud dubie, sit, cuius flos in Olymp. 10. constitui potest, incidit in tempora belli Peloponnesiaci, ut dubium non sit, quin celeberrimus intelligatur imperator, qui Athenas cepit et Olymp. 96, 3. ad Haliartum occubuit. Quod si ita est — et aliter se rem habere vix statui poterit —, fraus absurdissima manifesta est. Nam inscriptio Lysandrum illum Lysandri filium exhibet, qui Aristocriti fuit filius, testibus titulis ex ipsius aetate Atticis (Corp. Inscr. 150. 151. 152.) et Samio epigrammate ap. Paus. (VI, 3, 6. Cf. Paus. V, 6, 4. III, 6, 4. III, 8.). Neque ex regiâ familiâ fuit Lysander, sed Heraclides tantum (Plutarch. c. 2.), aut secundum Phylarchum vel ex ignobili Mothacum gente (Athen. VI, 271. F.). Sed scilicet historiam correcturus Fourmontus Lysandri stemma ex commenticiis composuit nominibus.

39.

Edidit Demetrius Petrizzopulus in libro: Saggio storico sulle prime età dell' Isola di Leucadia nell' Ionio. Florent. 1814. 8. tab. II. Monumentum, ut ait p. 41., ipse possidet. Cf. Rose Inscr. Vetust. p. 16.



Multa in hoc titulo insunt Fourmontianis similia. Scriptura *βουστροφηδὸν* est, initio a dexterâ sumpto, ut in antiquissimis. Litterarum formae Ⱶ M Ν Γ Ρ V satis antiquae sunt. Sigma formam Ʃ habere videtur, ut in galeâ Hieronis, n. 27. Pro K est Ϙ, ut in antiquis nummis Corinthiorum et aliquot inscriptionibus doricis. Ionicarum litterarum nullum inest vestigium nec consonarum aspiratarum. Spiritus asper negligitur; neque id magnopere offendit, quum vel in genuinis passim et maxime (n. 24.) in antiquissimâ inscriptione Peloponnesiacâ non compareat. Vs. 7. 8. comparet OO pro Ω, et EE pro H more Fourmontianarum inscriptionum. Sed MATEE ΡΟƩ eo insolentius est, quod notus sermo nonnisi *ματέρος* praebet. Ceterum OY exsulat. Verba videntur haec esse:

Παῖϱ ὁ τοῦ Μενεστικράτους τοῦ Κορειτίου κα[ὶ] οὐκ Ἀκαρεὶν ἱερόν τ' Ἀπόλλωνος καὶ πόλειν ὁμωνομάτειν ματῆρος κείτιτα τὰν ἐν τῷ Λευκάτῳ.

„Filius Menesicratis Corinthii ac non Acarnan templum Apollinis et urbem cognominem matris condidi in Leucato."

Haec si genuina sint, statuendum erit Cypselidas in condendâ urbe Leucade usos esse Menesicratis filio, Leucadios vero aliquo tempore post posuisse hoc monumentum, quo Corinthiis vindicarent ius coloniae, Acarnanibus eriperent. At lapisne sit an aes et quae huius monumenti sit mensura, non indicatur. Editor certe minutissimâ hâc, quam dedimus, formâ repraesentat. Quodsi huius mensurae est, nobis persuaderi non poterit Leucadios hoc posuisse monumentum, ac ne fictum quidem esse ab iisdem. Nomen Μενεστικράτης debebat Μενεκράτης esse, sed sine dubio ad modum Fourmontianorum titulorum factum nomen est interposito ε pro Μνηστικράτης; quamquam vel ita in Doricâ inscriptione Μναστικράτεος vel Μναστικράτευς exspectes. Deinde nomen conditoris sine exemplo omittitur. Hoc tamen Boeckhius conatur ita explicare, ut de industriâ omissum dicat, *„voluisse enim Leucadios, qui hoc monumentum multis post Leucadem conditam annis posuerint, ipsius conditoris induere personam, quasi is vivus ac praesens loqueretur; qui nomen suum tum notum omittere potuerit neque aliud voluerit significare, nisi se esse Corinthii viri prolem."* Editor quidem Phaerontis in eâ nomen invenit, ut Γ sit pro Φ, (quemadmodum in Fourmontianis), putatque genitivum esse Φαίρω, interpretans: *„Ego sum imago Phaerontis Menesicratis filii etc."* Quae interpretatio in re desperatâ omni ratione destituta est. Nam ut Φαίρω genitivus non est, ita εἰμὶ suppleri nullo pacto potest. Παῖϱ erit παῖς, ut πόϊϱ apud Lacones. Articulus τοῦ non premendus est. Et hoc quidem loco fortasse defendi possit, si articulo insigniebatur vox Μενεστικράτους, ut in quâ

potissima vis insit. Mira forma est etiam Κορείτιος, cuius etiamsi T fortasse explicari possit Doricâ dialecto, tamen EI semper inexplicabile erit. Similiter affectum nomen est Ἀκαρεὶν pro Ἀκαρνάν, et scriptura πόλειν ὁμωνομάτειν eodem nomine offendit. Accedit quod ὁμωνομάτις pro ὁμώνυμος aeque incompertum est. Quid autem sibi vult πόλις ὁμώνυμος μητρός? Leucadis urbis peninsula Leucas sive Leucadia cognominis est; itaque terra Leucadia Boeckhio iudice mater urbis dici videatur. Mox κείτιστα pro ἔκτιστα plane novum est, nec quidquam profeceris comparato κείτομαι Graecorum recentiorum, quod ex verbo κεῖμαι depravatum est. Ignota dictio etiam ἐν τῷ Λευκάτῳ est. Adiectivum est ὁ Λευκάτης, ut ὁ Λευκάτης Ἀπόλλων ap. Strab. Certe τὸ Λεύκατον recentiorem Graecitatem sapit. Videtur autem peninsulá vel isthmus designari; nam in promontorio Leucate non fuit oppidum Leucas. Utcumque autem de hoc titulo statueris, suppositicium esse et ex linguâ et ex historiâ male intellectâ patet. Cf. quae Boeckhius de Leucadis originibus contulit p. 58. et inprimis Add. p. 888. sq. ubi a Petrizzopulo ipso titulum confictum esse argumentis haud infirmis demonstratur.

PARS II.

CAPUT I.

TITULI ATTICI ET IONICI ANTE OLYMP. 80.

---

§. 1. TITULI ATTICI ANTE OLYMP. 80.

Palaeographiae Atticae quum ea sit natura, ut propter certiorem quam ut plurimum sequitur normam in epochas quasdam possit distribui, hac in parte exordiri visum est ab iis inscriptionibus, quae aetate suâ locum habere in parte superiore potuissent. Quumque tituli Attici, qui quidem ante Olymp. 80. scripti esse videantur, paucissimi exstent, neque antea Ionicarum inscriptionum facta mentio sit, alterâ paragrapho etiam Ionicos titulos subiunximus ad eandem fere aetatem pertinentes. In quo quum multa alia, tum illud dolendum est, quod iustam titulorum consecutionem, ex qua et temporis et loci ratio perspiceretur, nobis aetas invidit.

Quod ni ita esset, titulos non Atticos non iniquiore loco haberemus. Nunc, quas tres aetates palaeographiae Atticae posuimus ante Euclidem, earum primam Ionicis titulis quibusdam, Doricis alteram licuit exstruere; tertia nec Ionicos adiunctos habet, nec Doricos. Unde non mirum, si res non nobis potius, quam nos rei obtemperare videamur.

Iam Atticorum quidem huius aetatis titulorum litterae hae sunt:


A A A	N N
B B	+S
Γ Λ	O O
D Δ	Π
E E E	P P
I	S
B H	T
⊕ ⊗ Θ	V Y
I	Φ
K	+ X
L	ΦS
M M	

N

Spiritus nota B vel H in pronominibus potissimum, quo pertinet ὁ, ὅδε, omitti videtur (n. 41. cf. n. 27. et Cap. II. §. 1. pr.). Pro diphthongo EI simplex E est, ut EMI (εἰμί). V. Pars I. Cap. 1. §. 3. Diphthongus OY litterâ O repraesentatur, exceptis, ut videtur, certis quibusdam vocibus, in quibus Attici mature plenum OY admiserunt (n. 40. vs. 6.). Sed de his in tantâ paucitate titulorum non licet iudicare. Distinctio denique binis punctis fit vel ternis, sed parum constanter (cf. Pars I. Cap. 1. §. 4.).

40.

Fragmentum tituli *βουστροφηδὸν* **et** *στοιχηδὸν* **scripti. Reperit Chandl. (Inscr. II. 28. p. 54.) Athenis in muro. Idem edidit. Nunc exstat in Museo Britannico. Apographum Boeckhio misit Müllerus. Paullum differt Rosius Inscr. Vetust. p. 20. fig. 3.**



IT:]ϽI	IC:[τι-
ME]KP	μὴ]κρ-
ΜO]⊕I	ιϑ[ῶν
·HE]KT	ἕ]κτ-
⅃M]OƎ	έω[ν λ-
E]OVP	ε]ουρ-
⅁]IO⅂	γοῖ[ς
:..Δ	Δ...
Ǝ]IOH	οἱ [ἐ-
K]TVΓ	κ]τυπ-
+:IO	οι : X.
ΔI..Δ	ΔI..δ-
IO⅂I	ἱποι:
.ΓI:Ϟ+	ΓI: σχ-
A]IMIO	οινί[α
....M	.....

Boeckhius quantum fieri potuit in tam parvo fragmento felicissime restituit quae supersunt litteras. Versus brevissimi sunt (v. p. 36.) neque, ut videtur, quinque litteras excedunt. Enumerantur ibi variae impensae interpositis numeris (de quibus vide infra App. II.), fortasse in aedificio exstruendo factae; ex quo genere templum fuit Iovis Olympii a Pisistrato inchoatum. Vs. 1. IC hoc est $1\frac{1}{2}$ obol. superest ex summâ antegressi nominis. Vs. 5. 6. λεουργοί — λειουργοί sunt qui marmora poliunt; quae est λεία ἐργασία in titulo

(C. Inscr. n. 160.) de templo Poliadis. Opificibus quotidiano victui dari choenix solet (cf. Oecon. Ath. I. p. 99.); itaque octonis quotidie singuli videntur ἐκτεῖς dati; unde κριθῶν ἐκτέων, de quibus cf. Athen. VI. p. 235. C. Vs. 8. latent numeri. Vs. 9. 10. 11. οἱ ἔκτυποι id est τὰ ἔκτυπα intellige anaglypta ectypa, +.Al: superest ex numeris, scilicet X.ΔI. Ibidem Chandl. dedit ::: pro :: Sequitur δίποι (a δίπους, ut τρίπος, τρίπους), quo Boeckhio videtur apparatus fabrilis intelligi posse compositus ex duabus rectis trabibus, quae in solo defixae supra coniunguntur aliâ trabe, ut binis vel pluribus huiusmodi instrumentis iuxta positis imponi possint asseres, quibus fabri insistant. Vs. 14. in TΓ, pro quibus Müllerus P praebet, latet summa fortasse ΓI (51 drachm.), quod cum Boeckhio exempli causa reposuimus. Postremo legitur σχοινία. Littera E videtur ex summâ adscriptâ superesse, fortasse Ͱ (drachma). Chandl. habet E. cf. Corp. Inscr. p. XXV. Cum hac inscriptione omnino conferendum est fragmentum in Diar. Archaeol. Hal. 1835. p. 18. n. 36. editum:

HEKTEAP
ΛO+IMƎH
HEKTEYΣ:ME
AO+IMƎH
KAITETAPTON
OMAYK
›IΣ+OI
ƎKIMIOX
Δ]YO
Y

quod quamquam in integrum restitui non potest, tamen plurima titulo nostro simillima habet, ut ἐκτεύς vs. 1. 3. ἡμίχοα vs. 2. 4. Num vs. 3. ME[ΔIMNOΣ] vel ME[TPETEΣ], vs. 6. κύαμος vel κυάμων intelligi possit, incertum est. Sed de τετάρτῳ vs. 5. i. e. κοτύλῃ dimidiâ et de [χοί]νικι vel [χοί]νικες vs. 8. vix dubitari potest. Praeterea notabilis est similitudo, quae inter vs. 7. et tituli superioris vs. 14. intercedit. Ceterum haec fragmenta Solonis aetatem facile attingunt.

41.

Ex Fourmonti schedis, ubi notatur ἐν τῷ χωρίῳ τοῦ Κουρσαλᾶς in Atticâ. Boeckh. edidit in prooemio lectionum Univers. Berolin. aestivarum a. 1824.

\IHEϟOHᶜEOPIEϟTEKPIPϟTEΘ
ϟΑΝΛΡΟΟΠΕΡΜΕϟ

Versus est heroicus Hipparchi Pisistrati filii, quem medio viarum ex urbe in pagos ducentium intervallo Hermas ponere solitum cum inscriptionibus Auctor dialogi de lucri cupidine p. 228. C. refert. Cf. Aelian. V. H. VIII. 2. et Wolf. Prolegg. ad Hom. p. LXXII. Hi Hermae distichum ita inscriptum habuerunt, ut in sinistro latere hexameter esset, in dextero pentameter, ille mediam viam inter pagum et urbem significans, hic praeceptum aliquod cum nomine auctoris continens, ut Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα. Intervalla ipsa ab arâ duodecim deorum, quae pro Romano miliario fuerit, computata esse monuit Müller. Comment. de situ Athen. in Encycl. univ. Sc. et Artt. T. VI. p. 237. cf. Herodot. II. 7. Iam quum ara illa a Pisistrato Hippiae filio condita (Thucyd. VI, 54.) circiter Olymp. 66, 1. esset exstructa, ut colligi potest ex Herodoto VI, 108. eo fere tempore Hermas illos posuit Hipparchus, qui ab Olymp. 63, 1. cum fratribus imperium Athenarum tenuit (v. Corsin. F. A. III. p. 118.) usque ad Olymp. 66, 3. quo anno interfectus est. Itaque qui Herme in viâ Thriam versus positus erat, huius sinistrum latus exhibet inscriptionem nostram, quae paullo post Olymp. 63, 1. videtur scripta esse. Apographum non est accuratum, ut solent esse Fourmontiana. Apertum est autem in principio fuisse ENM]EϟOI, deinde

⊗PIEϟTEKAIAϟTEOϟAΓEPO⊗ΒEPMEϟ.

Nam littera O videtur hic ʘ fuisse, ut theta fuerit ⊕ sive ⊗; sin theta ʘ fuit, apparet punctum in ceteris esse delendum. Spiritus nota in Ἑρμῆς restituenda erat Β vel etiam H, quae ante O⊗ omittitur. cf. n. 27. Superest difficultas in ductibus qui inter MEϟOI et OPIEϟ cernuntur, ⊣<E; ex quibus Boeckh. aliâ virgulâ deletâ, aliâ mutatâ, litteram Λ effici posse putavit, ut esset: ἐν μέσῳ[γ]ε Θρῖης etc. Sed nobis neque μέσῳ pro μέσσῳ hic positum probatur, et particulam γε in tali monumento adhiberi potuisse numquam persuadebitur. Item quod coniecit Osannus (Syll. p. 241.) μέσσοι ἕστηκε non uno nomine laborat in titulo praesertim Attico. Auctor dialogi de lucri cupidine, ἐπιγέγραπται, inquit, λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν. Ex his quum appareat loquentem introduci Hermen, de ultimo elemento ductuum istorum E conclamatum videtur. Et vero qui H delineavit pro M, Π pro Β vel H, idem facile fieri potuit, ut in illis quoque elementis erraverit. Itaque nos non dubitamus reponere EMI.

Ἐν μέσῳ εἰμὶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅδ' Ἑρμῆς.

De voce ὄθι cogitari non potest. De formâ ὄθ' pro ὄδ' certe dubitabo donec lapidem a Fourmonto descriptum ipse videro. Et vero in proclivi est Θ cum Δ permutare. Quod hîc factum esse suadet ipsa spiritus nota ante Ἑρμῆς posita. v. Giese de dial. aeol. p. 398. De industriâ non omnia tangimus, quae de hoc titulo restituendo viri docti protulerunt.

42.

In vasculo Athenis ante portas Hippadas reperto, quod describit Fauvel. Mag. encycl. a. XVIII. (1813), T. V. p. 363. et Dodwell. Itin. I. p. 457. Cf. Walpol. Mem. p. 453. et Travels p. 597. n. 63. Vas ipsum edidit Millingen. Cf. Ros. Inscr. Vett. p. 14.

ΙΜΞ:ΝΟVΘΑΝΘΞΝΞΘΑΝΟΤ

Inter ΘΝ excidisse Ε ex vase Beneventi effosso aliisque similibus apparet. Cf. C. Inscr. ad n. 406. Itaque legendum:

τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων εἰμί.

hoc est: *sum ex praemiis quae Athenis reportata sunt.* Ἄθλων, non ἆθλον, intelligendum est. Si quaeris exemplum, vide Corp. Inscr. n. 2035. De his et similibus vasculis vide Gerhard. in Annal. dell' Instituto di Corrispond. Archeolog. Roma, 1831. O. Müller de origine pictorum vasorum etc. 1831. Boeckh. de vasis Panathenaïcis in Bullett. dell' Instituto di Corrisp. Archeol. 1832. n. IV. p. 91. sq. Bröndsted. Mém. sur les vas. Panath. 1833. Kramer, de stylo et orig. vasorum gr. pictt. Berl. 1837.

43.

In Lycabetto Atticae fragmentum inventum misit Mustoxydes cum lemmate: „ἐν τῇ οἰκίᾳ Σ. Παπούτσα", Athenis. In Fourmonti schedis exstat mulilatum, cum quo consentit aliud apographum a Rosio transmissum Boeckhio. Cf. Rosius Inscr. vetust. p. 20.

ΑΡΧΕΝΕΟϟ : ΤΟΔ ΕϟΤΕϟΕΝ
ΟΒΣΥΛΝΞ ΣΞΤΣΞ :
ΔΟΙΑΛΑΘΟΚΑΙ

Scriptura est βουστροφηδὸν a sinistrâ incipiens. In litteris, quae satis antiquae sunt, comparet Χ et Υ pro vetustioribus + et V. Prima linea solutâ oratione scripta esse videtur (Ἀρχένεως τόδ' ἔστησεν); deinde sequuntur versus. Vid. ad n. 27. Quamquam Hermannus illa quoque metrica iudicat,

exempli causa: Ἀρχένεως τοῦδ' ἔστησεν τάφου ἔμμεν ἄγαλμα. V. Dobraeus class. diar. XXX. p. 145. Vs. 2. scriptum est ΕΝΛΥϟ pro ΕΛΛΥϟ, ut saepius. Fourm. lin. 1. quinque ultimas litteras omisit, et ibidem pro ternis punctis bina habet; lin. 2. omisit interpunctionem et sigma, quod post ∃ sub primae lineae litterâ Δ est. Quae supersunt, sic se habent:

ἔστησ' ἐγγὺς ὁδῷ ἀγαθοῦ καὶ

Ros. Inscr. p. 415. vs. 2. 3. coniicit ΗΟΔΟ⁝ (ὁδοῦ): quod non est necessarium.

§. 2. TITULI IONICI ANTE OLYMP. 80.

De litteraturâ Ionicâ vulgo Simonideâ dictâ in Introductione p. 23. sq. disseruimus. Eam inter Ol. 50-70. paullatim conformatam esse vel ex inscriptionibus Theraeis (n. 1-20.) colligi potest. Atque ex civitatibus Ionicis Samos litteraturae Ionicae sive usu praecipuo sive cultu excelluit (Suid. et Phot. v. Σαμίων ὁ δῆμος). Hinc in ceteras regiones propagata videtur. Recteque Thierschius (Act. Phil. Mon. Tom. II. fasc. III. p. 409.), qui monet errare eos, qui harum litterarum origines ac progressus ad certa tempora revocare clarisque nominibus adiungere laborent. Nam litteratura Ionica ut principium habuit in naturâ litterae Chet eiusque ad vocalem deflexione, ita in experiundâ productione litterae Ο terminum. Qua in re quum casui plus quam studio tribuendum sit, huius litteraturae progressus non minus quam Phoeniciae illius lateant necesse est. Illud autem non sine ratione licet affirmare, usum eius apud alios mature, sero apud alios invaluisse. Cf. n. 51. et 74.

44.

In insula Delo, in basi quadratâ marmoreâ praegrandi, prope templum Apollinis. Primus ligneo typo edidit Tournef. Itin. T. I. ep. VII. p. 360. dein ex illius delineatione Montf. Palaeogr. Gr. II. p. 121. minus accurate, itemque Chishull. Antt. As. p. 16. coll. p. 43. Gébelin Monde primit. p. 176. Shuckf. de Harm. sacr. et prof. script. T. I. p. 171. ed. Germ. Nov. tract. diplom. T. I. p. 633. ubi p. 626. aeri incisa inscriptio; Dawes. Misc. crit. p. 125. Lanzi Sagg. di ling. Etr. I. p. 102. tab. I. Stuart Antt. Att. III. p. 57. sq. ubi aeri incisa, D'Hancarville Rech. sur les arts II. tab. 23. R. Payne Knight in tabb. operis de Alphab. Graec. I. fig. 3. coll. p. 72. Ad interpretationem cf. Bentleium Act. Trai. T. II. p. 16. Anonym. Misc. Obss. Vol. III. p. 200. Dorvill. ibid. Vol. VII. p. 24. sqq. Diarii class. Brit. T. I. p. 95-100. Welcker. Spicil. Epigr. II. p. 11. sqq. Adde Corsin. Not. Gr. Prolegg. p. XVII. Rose, Mus. Crit. Cantabr. fasc. VII. p. 390. sqq. Exemplum est Tourneforti minutissimis quibusdam ex Stuarto correctis. Recentiorem inscriptionem in altero latere insculptam ΝΑΞΙΟΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ edid. Wheler. p. 57. Tournef. p. 359. Le Roy Mon. Gr. T. I. p. 39. tab. XVI. Stuart. l. c. p. 56. Riedesel Bemerk. auf einer Reise durch

die Lev. p. 60. In eo titulo omnes Ξ habent praeter Stuartum, qui Ⲓ. Whel. ΑΠΟΛΛ, Le Roy ΑΠΟΛΛΟΝΙ, Stuart. ΑΓΟΛΛΩΙ apposito signo fracturae lapidis; Ried. ΑΠΟΛΛΙΝΙ. Tournef. ut dedimus.

ΟΑϜΥΤΟΛΙΘΟΕΜΙΑΝΔΡΙΑΣΚΑΙΤΟΣΦΕΛΑΣ

in altero latere ΝΑΞΙΟΙΑΓΟΛΛΩΝΙ

Prior titulus alphabeto omnibus Graecis antiquitus communi conceptus est. Litterarum formae similes sunt Sigeensi inferiori (n. 32.). Sigma tamen rotundum est ut apud Latinos (cf. C. I. n. 456.), si Tourneforti apographo et Knightiano fides est; Stuartus certe ≶ praebet. Lambda non ⱶ est, sed Λ, ut in Theraeis (cf. Alphab. titt. vetust.). Septimum elementum M in ΛΙ dissolvendum est.

Inscriptio quomodo legenda sit, Bentleius vidit, qui statuit in principio periisse litteram T: τοῦ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας, i. e. *ex eodem lapide sum statua et basis.* Itaque μονόλιθος ἀνδριάς est (Marini, Inscr. Alb. 10.), cui inscriptus titulus. Contra quam lectionem quae a Chishullo prolata sunt, nullâ probabilitate nituntur (v. Boeckh. ad h. l.). Neque est quod in re apertâ aliorum commenta repetamus. Articulus iure deest in voce ἀνδριάς, additur autem in voce σφέλας, non quo efficiatur versus iambicus, sed quod statua, quae loquens introducitur, rem appellat a se proprie seiunctam. Qualem emphasin etiam apud poëtas tragicos interdum deprehendimus non inusitatam (cf. Döderlin. Spec. ed. Soph. p. 50.). Senarium esse Bentleius et Dawesius perspexerunt, licet alter multa temere mutanda putaverit. Scilicet neglecta crasis est et apostrophus; et vocalis quidem apostropho abiicienda saepissime scripta exstat in vetustissimo quoque titulo (v. n. 51. cf. ad n. 27.); crasis autem neglectae exemplum habes in inscriptione 54. ap. Rossium (Inscr. gr. inedd. Naupliae 1834.). Itaque titulus ad vulgarem normam scriptus hic est:

Ταὐτοῦ λίθου εἰμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.

Qui versus licet non elegantissimus tamen non sine exemplis est. Incisiones geminas habes in versu tragico:

Κλήσω γραφῇ τῇδ' ἐν σοφῇ πάγκλειτ' ἔπη

(v. Porson. Praef. Hecub. p. XXIX. ed. Lips.). Hiatus autem in voce λίθου, quem constat evitatum esse a scenicis, ob licentiam arsis trochaicae et iambicae a lyricis admissam excusatur (v. Boeckh. Metr. Pind. p. 102. et imprimis nott. critt. ad Olymp. VIII, 2. p. 383.). Similem senarium donario inscriptum habuimus n. 29.

Dialectus tituli, quam pro aeolicâ venditabat Dawesius (Misc. crit. p. 127. App. p. 327.), Ionica est vel Attica. Ionicam esse digamma docet ex priscâ ratione retentum (cf. v. alphab. titt. vetust.), quod Atticis eâ aetate, quâ titulus exaratus videtur, usitatum fuisse confidenter negamus. Statuam, quae imposita ei basi erat, Boeckhius eandem esse putat, quam palma aerea a Niciâ celebri, quum theoriae dux esset, Apollini dicata strage suâ deiecerit. Plutarch. Nic. c. 3. *ὁ δὲ φοῖνιξ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀνακλασθεὶς ἐνέπεσε τῷ Ναξίων ἀνδριάντι τῷ μεγάλῳ καὶ ἀνέτρεψε.* Quam coniecturam quum Naxiorum mentio in titulo recentiore tum nomen *ἀνδριὰς* ap. Plutarchum quodam modo videtur confirmare. Accedit, quod etiam ea, cui haec inscriptio imposita est, magna fuisse dicitur ab iis qui fragmenta viderunt. Ceterum statuam fuisse hominis cuiusdam, non Apollinis vel ex voce *ἀνδριὰς* colligi potest, quae etsi de simulacro dei dicta reperitur, tamen raro vocis *ἄγαλμα* vicem gerit (cf. Müll. Archaeol. 1835. p. 64. sq.). Quod quum ita sit, statua non ultra Olymp. 58. repetenda est. Iam si probas Boeckhii coniecturam paullo ante allatam, quum Niciae architheoria Olymp. 90, 3. assignanda videatur (v. Boeckh. Oecon. civ. Ath. II. p. 230.), statuam, postquam palma ab illo dicata eam afflixisset, a Naxiis restitutam eique (si titulus integer est) *Νάξιοι Ἀπόλλωνι* inscriptum fuisse probabile est. Unde simul patet, cur alter titulus Ionicis sit elementis exaratus. Utcumque autem statueris, et Naxiorum statuam Apollini dicatam fuisse eam, quae basi imposita fuerit, apertum est, et antiquiorem titulum non ementiri vetustatem iure nostro ex inferiore colligimus.

45.

Ad viam sacram Branchidarum (Geronta s. Jeronda) prope Miletum; in statuâ mulieris solio insidentis capite truncatâ, eâque styli antiquissimi, in dextero sellae latere. Statua cum inscriptione edita in Ion. antiquitt. ed. rec. I., Boeckhio misit Rosius et ex Leakii schedis Müllerus. Cf. Ros. Inscript. vett. tab. III. fig. 4. qui simul Cockerelli apographum et Gellianum praebet.

ΜΗΣΙΑΝΑΞΗΜ
ЧƎꓘΗ⊗ƎЧΑΣΑƎ
ΛΙΜΔΣΩΩΓΩΓ
ΙЧΩ77Ο

Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus est, initio a sinistrâ sumpto. Lapis in sinistrâ abruptus est, nec, quantum perierit, licet iudicare. Forma litterarum

vetusta est, sed scriptura Ionica, quae Simonidea vulgo dicitur, unde vocales 𐌇 i. e. Η, Ω, et consona composita, ut Ξ. Ceterum *βουστροφηδὸν* tum, quum ionica litteratura recepta esset, ex communi usu Graecos scripsisse negat Boeckhius. Quod ita tantum verum videtur, ut consuetudinis in certis regionibus obtinentis simul habeatur ratio. Vide modo leporem Samium C. Inscr. n. 2247. qui inscriptionem litteris Ionicis non *βουστροφηδὸν* sed totam a dexterâ ad sinistram exaratam praebet. Quod si titulus noster dicitur Simonideam attingere aetatem, non obsum.

Potissima lectionis varietas reperitur vs. 3. Nam Boeckhii ibi exemplum habet ΛΙΜΔ⋝ΩΩΓΤ, Antiquitates ionicae ΟΜΩΠΓΟΟΤ, Cockerell. ΛΙΠΔ⋜ΩΤ, Gell. ϽΛΙΙΙΔΕΩΤ, Leak. ͵ΑΗΙΙΔΕΩΤ. In quibus Gell. et Leak. non multum dissentiunt, Cockerell. cum Boeckh. fere consentit. Nihiloverominus lectio haec eiusmodi est, ut nihil certi liceat exsculpere. Nam quum in nullo quattuor apographorum habeatur ΩΩΓΤ, quod dissolvit Boeckh. in *ωωιτ*, concidit eius correctio Σώψ et cum hâc simul supplementum vs. 1. exempli causa appositum. Nec tamen quod alii voluerunt Αἰνδίῳ vel Βραγχίδεω (v. Journ. des Sav. 1825. p. 324. 395.), inferendum esse videtur; nimium enim ab his vocibus distant litterae, nec ⋜ potest iota esse, quod in hoc titulo forma vulgari utitur. Heroicos autem versus esse probabile est. Quae quum ita sint, Boeckh. missis, quae in sinistrâ perierunt, ex apographis Cock. et Gell. ΜΝΑ⋜Ω coniicit, ut mulier haec una cum Hermesianacte vs. 1. dedicarit statuas.

.... Ἑρ]μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν

.... Μνασὼ τὠπόλλωνι.

Quippe illud *ἡμέας* ad plures imagines refertur, quae utrum coniunctae an disiunctae fuisse censendae sint, nihil attinet inquirere. Ex Milesiâ certe inscriptione, quae litteris item *βουστροφηδὸν* scriptis exarata est (Corp. Inscr. n. 2861.), patet uni statuae inscriptum esse titulum ad plures (*τοὺς ἀνδριάντας*) pertinentem.

46.

In viciniâ Tei, inter sepulcreta Turcica ad oppidulum Eraki, octo horis Smyrnâ distans, extra viam ad locum Sigazik ducentem, in lapide oblongo satis magno, litteris male incisis; ex apographis duobus Sherardianis, altero a. 1709, altero a. 1716 scripto, item ex schedis Samuelis Lisle, qui a. 1716 lapidem tractavit, ed. Chishull. Antt. Asiat. p. 96. sq. et commentatus est. Vss. 42-49. ex Duckeri schedis habet etiam Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. 2. Variam lectionem ex Sherardianis p. 44. enotavit Müller. et adscripsit simul vss. 42-49, qui soli sunt in Append. cod. Ask. II. (ex cod. Chish. II, 75.).

Varietas lectionis. De litteris Chish. tantum notat Ν inesse et sigma formam habere arcus Scythici. De quâ quae ibi proferuntur, ex iis intelligitur Ϟ ab illo significari, non ʃ. Itaque Ν et Ϟ et reliqua ex Sherard. dedit Boeckh. Pro Ξ haud dubie Ξ fuit, pro Ψ autem Ψ. Vs. 3. Sher. :Λ..ΥΝΩΙ. Vs. 4. Sher. ΗΑΡΣΥΝΗΤΗΙ:....Η:Η; Chish. ΗΑΙΣΥ.ΝΗΤΗΙ:.... ΗΙ:Η; Boeckh. ex Sher. dedit Η:Η. Vs. 5. post interpunctionem Chish. ΗΔΙ; Sher. ΗΙΑΙ. Vs. 6. Chish. ΧΗΤΑΙ, Sher. ΝΗΙΗΙ, quae composuit Boeckh. Vs. 8. extr. Sher. ΑΚΕΥΜ. Vs. 9. idem ΕΝΤΕΑΙ:ΗΓΗΙ:ΤΗ; Chish. operarum vitio ΓΗΙ pro ΓΗΙ: Vs. 10. Sher. ab initio ΙΝ:...: Vs. 12. ex Sher. dedit Boeckh. Nam Chish. habet ΩΣ: ΠΡΟΔΟ.....ΤΗ. ΠΟ. Vs. 13. primum Η ex Sher. inseruit Boeckh. Vs. 15. Sher. ΗΣΩ: Vs. 17. Δ et in fine Ο ex Sher. quamquam falsum utrumque. Vs. 18. ΛΟΙ ex Sher. (ap. Chish. ...). Tum ΠΡΟΔΟ: ex Sher. (Chish. ΠΡΟΔΟ). Vs. 19. Sher. Ι pro Η. Vs. 20. Sher. ΔΕΧΟΜΟ. Vs. 23. ΑΛΑΤΗΣ Sher. quod Chish. minoribus litteris scripsit tanquam incertum. Vs. 24. extr. Ν ex Sher. addidit Boeckh. Vs. 25. Sher. ΞΥΝΩ: Vs. 28. Sher. ΚΕΝΟΣ, et vs. 29. ΤΙΜΟ.Χ etc. Vs. 33. Chish. ΗΡΑΚΛΙΟΙΣΙΝ, Sher. ΗΡΑΚΛΕΟΥΣΙΝ, quae composuit Boeckh. Vs. 35. Chish. diserte notat ΤΑΣΤΗΛ legi. Ap. Sher. ΤΑϞ ΤΗΑ. Vs. 36. Sher. ΕΝ.ΗΙΣΙΝΗΓΑΡΝ: Vs. 42. Ask. Hess. ΔΗΛΗΤΕ: ceterum hi deinceps non omnes versus eodem modo ac Chish. dividunt. Vs. 43. Ask. ΕΠΙΤΗΘΕΟΙ ΣΙΝ, Hess. ΕΠΙ...ΘΕΟΙΣΙΝ. Vs. 44. Sher. ΞΥΛΟΝ, Ask. Hess. in fine ΤΗΝ (p. ΤΗΙ:Κ). Vs. 45. Ask. Hess. omittunt Σ. Iidem vs. 46. ΚΕΝΩ habent, et vs. 47. omittunt ΟΣ. Vs. 48. Sher. ΩΛΥΟ̈, Ask. Hess. Α ΥΟΙ:, Ask. ΕΙΣΑ etc. Vs. 49. tria apographa a Chish. memorata dicuntur habere ΛΗΚΑΝΗΝ, ΛΗΧΑΝΗΝ, ΛΙΧΑΝΗΙ; Sher. ΤΕΚΝΗΙ:ΗΛΗΚΑΛΗΝ:, Ask. ΤΕΧΝΙ:ΗΜΙΧΑ ΝΗΙ:, Hess. ΤΕΧΝΙ:ΗΛΙΧΑΝΗΙ; quibus compositis prodit Chishullianum ΜΗΧΑΝΗΙ. Vs. 49. post ΗΚΑ deficiunt Ask. Hess.

Vss. 1. 2. intelligi nequeunt. A vs. 3. novam incipere formulam apparet. Haec ita leguntur:

. .·ΑΓΟΝΟϞ	
ΞΥΟΙ:ΕΝΑΥΤΩΙ	
ΟϞΤΙϞ:ΤΗΙΩΝ:Ε . . ΥΝΩΙ	Ὅστις Τηΐων ε[ὐθ]ύνῳ
ΗΑΙϞΥ.ΝΗΤΗΙ: . . . . Η:Η	ἢ αἰσυ[μ]νήτῃ [ἀπειθοί]η ἢ
ΕΓΑΝΙϞΤΑΙΤΟ:ΗΙΑΙ . . .	ἐπανίσταιτο [τῷ] αἰ[συμ-]
ΝΗΤΗΙ:ΑΓΟΛΛΥϞ⊗ΑΙ:ΚΑΙ	νήτῃ, ἀπόλλυσθαι καὶ
ΑΥΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟϞ:ΤΟΚΕΙΝ	αὐτὸν καὶ γένος τὸ κείν-
Ο:ΟϞΤΙϞ:ΤΟΛΟΙΓΟ:ΑΙϞΥΜ	ου. Ὅστις τοῦ λοιποῦ αἰσυμ-

ΝΩΙ:ΕΝΤΕΩΙ:ΗΓΗΙ:ΤΗΙΤΗ	νῶ[ν] ἐν Τέῳ ἢ γῇ τῇ Τη-
ΙΗΙ:....ΟΣΑΝ:Κ.ΣΑ..Τ	ΐῃ [ἢ τ]οὺς ἄν[δρα]ς ἀ[ποκ]τ-
ΕΝΕΙ:...ΑΡΟΝ:ΝΑ..	είνει[ε παρ]ὰ [τ]ὸν ν[όμον],
ΩΣ:ΠΡΟΔΟΚΕΝ:ΤΗΑΠΟ	ὢς προδὸ[μ]εν τὴ[ν] πό-
ΛΗ........ΤΗΝΤΗΙ	λ[ιν καὶ γῆν] τὴν Τηΐ-
ΩΝ:ΗΤΟ..ΑΝΔΡΑΣ...	ων, ἢ τοὺ[ς] ἄνδρας [ἐν ν-]
ΗΣΩΙ:ΗΘΑ........ΤΟ	ήσῳ ἢ θα[λάσσῃ ἢ] τὸ
ΜΕΤΕ.........ΕΝ	μετέ[πειτά που] ἐν
ΑΡΟΔΗΙ:ΠΕΡΙΓΟ......	ἀρού[ρ]ῃ, περιγ[ενομένους]
ΛΟΙΝΟ:ΠΡΟΔΟ:.......	λοι[μ]οῦ, προδο[ίη ἢ κιξα-]
ΛΛΕΥΟΙ:ΗΚΙΞΑΛΛΑΣ:ΥΠΟ	λλεύοι ἢ κιξάλλας ὑπο-
ΔΕΧΟΙΤΟ:ΗΛΗΙΖΟΙΤΟ:ΗΛ	δέχοιτο ἢ ληΐζοιτο ἢ λ-
ΗΙΣΤΑΣ:ΥΠΟΔΕΧΟΙΤΟ:ΕΙ	ηϊστὰς ὑποδέχοιτο εἰ-
ΔΩΣ:ΕΚΓΗΣ:ΤΗΣΤΗΙΗΣ:Η.	δὼς ἐκ γῆς τῆς Τηΐας ἢ [θ-]
ΑΛΑΤΗΣ:ΦΕΡΟΝΤΑΣ:Η...	αλά[σσ]ης φέροντας ἢ [τι κ-]
ΑΚΟΝ:ΒΟΛΕΥΟΙ:ΠΕΡΙΤ.Ν	ακὸν βουλεύοι περὶ Τ[ηΐ-]
ΩΝ:ΤΟΞΥΝΟ:ΕΙΔΩΣ:ΗΠ...	ων τοῦ ξυνοῦ εἰδὼς ἢ π[ρὸς]
ΕΛΛΗΝΑΣ:ΗΠΡΟΣΒΑΡΒΑΡΟ	Ἕλληνας ἢ πρὸς βαρβάρο-
ΥΣ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑΥ	υς, ἀπόλλυσθαι καὶ αὐ-
ΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΝΟ:	τὸν καὶ γένος τὸ κείνου.
ΟΙΤΙΝΕΣ:ΤΙΜΟΧΕΟΝΤΕΣ:	Οἵτινες τιμουχέοντες
ΤΗΝΕΠΑΡΗΝ:ΜΗΠΟΙΗΣΕΑ	τὴν ἐπάρην μὴ ποιήσεια-
Ν:ΕΠΙΔΥΝΑΜΕΙ:ΚΑΘΗΜΕΝ	ν ἐπὶ δυνάμει, καθημέν-
Ο:ΤΩΓΩΝΟΣ:ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟ	ου τὠγῶνος Ἀνθεστηρίο-
ΙΣΙΝ:ΚΑΙΗΡΑΚΛΕΟΙΣΙΝ:	ισιν καὶ Ἡρακλείοισιν
ΚΑΙΔΙΟΙΣΙΝ:ΕΝΤΗΠΑΡΗ	καὶ Δίοισιν, ἐν τἠπάρῃ
Ι:ΕΧΕΣΘΑΙ:ΟΣΑΝΤΑΣΤΗΛ	ἔχεσθαι. Ὃς ἂν τὰς στήλ-
ΑΣ:ΕΝΗΙΣΙΝ:ΗΠΑΡΗ:ΓΕΓΡ	ας, ἐν ᾗσιν ἡ 'πάρη γέγρ-
ΑΠΤΑΙ:ΗΚΑΤΑΞΕΙ:ΗΦΟΙΝ	απται, ἢ κατάξῃ ἢ φοιν-
ΙΚΗΙΑ:ΕΚΚΟΨΕ:ΠΗΑΦΑΝΕ	ικήϊα ἐκκόψ[ῃ] ἢ ἀφανέ-
ΑΣ:ΠΟΙΗΣΕΙ:ΚΕΝΟΝ:ΑΠΟΛ	ας ποιήσῃ, κεῖνον ἀπόλ-
ΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑΥΤΟΝ:ΚΑΙΓ	λυσθαι καὶ αὐτὸν καὶ γ-
ΕΝΟΣ	ένος.
ΟΣΤΙΣ:ΦΑΡΜΑΚΑ:ΔΗΛΗΤΗ	Ὅστις φάρμακα δηλητή-
ΡΙΑ:ΠΟΙΟΙ:ΕΠΙΤΗΙΟΙΣΙ	ρια ποιοῖ ἐπὶ Τηΐοισι-
Ν:ΤΟΞΥΝΟΝ:ΗΕΠΙΔΙΩΤΗΙ:Κ	ν, τὸ ξυνὸν ἢ ἐπ' ἰδιώτῃ, κ-
ΕΝΟΝ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑ	εῖνον ἀπόλλυσθαι καὶ α-

ΥΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΝΟ:	ὑτὸν καὶ γένος τὸ κείνου.
ΟΣΤΙΣ:ΕΣΓΗΝ:ΤΗΝΤΗΙΗΝ:Κ	Ὅστις ἐς γῆν τὴν Τηΐην κ-
ΩΛΥΟΙ:ΣΙΤΟΝ:ΕΣΑΓΕΣ⊗ΑΙ:	ωλύοι σῖτον ἐσάγεσθαι
ΗΤΕΧΝΗΙ:ΗΜΗΧΑΝΗΙ:ΗΚΑΤ	ἢ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἢ κατ-
Α⊗ΑΛΛΑΣΣΑΝ:ΗΚΑΤΗΠΕΙΡΟ	ὰ θάλασσαν ἢ κατ' ἤπειρο-
Ν:ΗΕΣΑΧ⊗ΕΝΤΑ:ΑΝΩ⊗ΕΟΙΗ:	ν ἢ ἐσαχθέντα ἀνωθοίη,
ΑΠΟΛΛΥΣ⊗ΑΙ:ΚΑΙΑΥΤΟΝ:Κ	ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν κ-
ΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΕΚΕΙΝΟ	αὶ γένος τὸ κείνου.

Dirae hae Teiorum inter Olymp. 75-80. poni possunt, suntque antiquissimum litteraturae Ionicae monumentum disertius. Cf. Introd. p. 24. **O** pro **OY** post receptum alphabetum Ionicum etiam Athenis diu perduravit. Praeterea hic habes ipsum **OY** vs. 26. Nec constantior est usus elementi **E** pro **EI**, quum **EI** sit vs. 7. 53. in voce κεῖνος s. ἐκεῖνος, in quâ saepius **E** effertur. Nam in εἰδὼς (vs. 21. 25.) et δυνάμει (vs. 31.) hoc **EI** potest de industriâ exaratum esse. In coniunctivo autem **EI** pro **HI** (vs. 37. 38. 39.) etiam in Atticis diu remansisse postea videbimus. Qualis forma vs. 10. 11. in **A[ΠΟΚ]TENEI** latere videri posset (ἀποκτείνῃ), nisi ubique optativi sequerentur. Nam in voce ὅστις notio ὃς ἂν (c. coni.) aeque inest ac notio εἴ τις (c. optat.), quam utique in his titulis praecipue inesse voluit qui scripsit. Interpunctio in nostro titulo diligenter indicata est; sed ne ex hoc quidem aetas accuratius definiri potest. Et praeclare Boeckhius, cui, si vs. 18. recte λοιμοῦ scriptum est, videntur *hae dirae post aliquam pestem exaratae esse, fortasse post eam, quae initio belli Peloponnesiaci grassata est, vel post paulo antiquiorem, quae Lemnum et alia loca invaserat* (Thuc. II, 47.). Quamquam de priore peste propter tituli vetustatem equidem non cogitaverim.

Iam duae sunt partes huius inscriptionis, altera usque ad vs. 41. altera inde a vs. 42. quam quidem sero adscriptam esse vel ex iis, quae sub finem superioris tituli praecepta sunt, colligi potest. Ceterum pluribus columnis comprehensas has diras fuisse, sive easdem pluribus inscriptas, sive aliis alias, ex vss. 35. 36. apparet.

Vs. 3-8. pertinent ad euthyni et aesymnetae auctoritatem tuendam. Euthyni Teiorum noti sunt ex C. Inscr. n. 3059. quamquam hoc loco Boeckhio videtur maior magistratus intelligendus, quam qui vulgo εὐθύνων nomine vocatur, *fortasse is extra ordinem constitutus ad publicas res examinandas.* Bene idem vs. 4. extr. **[AΠE⊗OI]H**, ἀπειθοίη, coniecit, licet lacuna tantum quattuor litterarum notata sit. Sed scilicet videntur etiam alibi lacunae non recte aestimatae esse, ut vss. 10. 11. 14. Neque probabile est vs. 14.

ΤΟΥΣ scriptum fuisse, quum vs. 10. diserte [Τ]ΟΣ sit exaratum. Recteque monuit Boeckh. non opus esse ut ἀπειϑεοίη scribatur ut vs. 51. ἀνωϑεοίη, quum vs. 43. sit ποιοῖ.

Vs. 8-28. ipse aesymnetes auctoritate suâ abutens devovetur. Αἰσυμνήτης nostro loco intelligendus est ἄρχων summâ potestate praeditus, αἱρετὸς τύραννος, qualis describitur ab Aristot. Polit. III, 9. IV, 8. ed. Schn. et Theophr. ap. Dionys. Halic. V, 73. Cf. Tittmann. Griech. Staatsverf. p. 76. sq. Accedit quod dictio vs. 8. ὅστις τοῦ λοιποῦ αἰσυμνῶν significare videtur, non ordinarium fuisse magistratum. In quo Boeckh. provocat ad n. 3064., ubi multi memorantur anni ἄναρχοι, quibus reip. praefuisse aesymnetas non dissimile vero sit. Nam ordinarii magistratus Timuchi fuerunt. Ille vero aesymnetes gubernare vel Teum vel terram Teiam dicitur, quippe potuit ut ἐπιμελητὴς vel universae reipublicae vel parti praeesse. Vs. 10. τοὺς ἄνδρας scribendum fuisse docent vestigia et vs. 14. Ac reliqua supplementa, quae pleraque Boeckhio debentur, satis feliciter sunt excogitata. Immo certa sunt excepto vs. 16. ΜΕΤΕ[ΠΕΙΤΑ] quod licet usu Herodoti utpote ionicum commendatum tamen isto loco non satis quadrare videtur. Et coniecturam quidem vs. 17. 18. περιγενομένους λοιμοῦ ita conciliavit Boeckh. cum reliquâ sententiâ, ut poneret: *„Pestis tempestate qui aesymnetes viros in insulâ vel mari vel postquam ex navi iam in agro essent collocati, quum superassent morbum, ibi derelictos deseruerit ac prodiderit, ut desolati perirent vel ab hoste caperentur, eum diris devoveri.* Vs. 18. κιξαλλεύει dedit iam Chish. Vide de hâc voce lexica. Κιξάλλης et λῃστὴς quid differant, non satis liquet. Utrumque vocabulum etiam alias coniunctum reperias ut ap. Democritum (Stob. Serm. XLII.). Nostro certe loco κιξαλλία debet ad genus aliquod pertinere latrocinii, quod potens aliquis exercere per suos possit. Itaque λῃσταὶ proprie videri possunt piratae intelligi, κιξάλλαι latrones terrestres. Cui interpretationi et Phot. Lex. κίξας τοὺς ἐν ὁδῷ λῃστάς, et verba ipsa vs. 22. favere videntur.

Sequitur vs. 29. sq. Timuchos, qui in festis non obnuntiaverint diras, his teneri ipsis. Timuchi ex vetusto instituto Ionum ordinarii sunt magistratus, prytanibus similes et annui haud dubie. Cf. Athen. IV. p. 149. F. Strab. IV. p. 179. Suid. v. Ἐπίκουρος et τιμοῦχοι. Dirae hae in tribus festis obnuntiandae sunt, Anthesteriis Dionysi Tei inprimis culti solemnibus, Herculis, Iovis. Ἀγὼν nostro loco conventus intelligitur ad sacra et ludos spectandos congregatus. Itaque καϑημένου τοῦ ἀγῶνος, *quum convenerit concio ludos spectatura.*

Vss. 35-41. complectuntur diras in eos, qui in columnas dirarum deliquerint. Vs. 35. *ταστήλας* est pro *τὰς στήλας*, ut *εἰστήλην* (*εἰς στήλην*) C. I. n. 93. cf. ibid. n. 2272. Vs. 37. *φοινικήϊα* sunt litterae. vid. supra Introd. p. 15. Vs. 38. **ΕΚΚΟΨΕ:Γ** recte a Boeckhio mutatum est in **ΕΚΚΟΨΕΙ:** Vs. 44. *τὸ ξυνὸν* interpositum est pro *ἐπὶ Τηΐων τῷ ξυνῷ*. cf. vs. 25. Vs. 51. *ἀνωθεοίη* videtur significare *rursum exportet*. Chishullo est *alio diverterit*. Postremo ad ultima Solonis institutum ap. Plutarch. confert Boeckh. quo *κατὰ τῶν ἐξαγόντων ἀρὰς τὸν ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον.*

CAPUT II.

TITULI AB OLYMP. 80-86.

---

§. 1. TITULI ATTICI AB OLYMP. 80-86.

Etsi in scripturâ Atticâ inde ab Olymp. 80. usque ad Olymp. 94, 2. non multa innovata deprehenduntur, tamen idoneum hoc temporis spatium iudicamus, quod in duas epochas distribuatur. Scilicet cardo rerum vertitur in receptâ formâ **Σ**. Quae littera, quantum quidem ex iis, quae supersunt, exemplis iudicare licet, usque ad Olymp. $\frac{85}{86}$ formam **Ϟ** retinuit. Quamquam quae fragmenta in Addend. Corp. Inscr. I. n. 73[e] exponuntur, ubi **Σ** comparet, paullo ante Olymp. 85. poni possunt, quod Boeckhio probabile ob argumentum videtur. De usu Dorico vid. Pars I. 1. §. 2. litt. sigma. Itaque hoc capite praecipuas ex iis inscriptionibus tractavimus, quae ad Olymp. 80-86. pertinent, missis fragmentis nimium laceris, ut Corp. Inscr. n. 70. 72. 73. (73[b.] 73[e.] in Add.) 167. 168. 913. 1035.

Litterae huius aetatis hae sunt:

Α	Α	Α	Η		Ν	Ν				Τ	
Β		Β	Θ		ΧΣ					V	Υ
Λ		Λ	Ι		Ο					Φ	Φ
Δ			Κ	Κ	Γ					Χ	
Ε		Ε	Λ		R	R	R	Ρ	Ρ	ΦΣ	ΦΣ
Ι			Μ	Μ	Σ						

Formis litterae ῥῶ veteres Attici promiscue usi sunt. Quamquam quo antiquiores tituli, eo R et Ꝛ frequentius. Spiritus nota H, quam in pronominibus quibusdam mature omitti supra vidimus, omittitur etiam in n. 47. ENALIEYΣIN, in quo procliticum EN cum sequente casu quasi in unam vocem coalescit. Nec tamen constanter id quidem factum videtur. Vid. Cap. III. pr. In n. 48. col. *a.* vs. 39. 40. IEPEA (quum ibid. col. *c.* vs. 9. habeatur HIEPOI) non magnopere offendit, siquidem versus isti ab aliâ manu additi sunt, eaque, ut videtur, paullo recentiore. Memorabilis est usus spiritus asperi in vocibus, in quibus vulgo non obtinet, ut n. 48. *b.* lin. 1. HAKOΣIA (vid. Giese de dial. aeol. p. 401.) et n. 49. HABΔEPITAI. Notum est Atheniensium studium spiritus asperi, quos ut alia multa citra morem ceterarum Graeciae gentium, ita HIXΘYN pronuntiasse iam Gellius (II, 3.) notavit. Et sunt quae explicationem facilem habent, ut C. Inscr. n. 170. HELΠIΣ (cf. ἀφελπίζω et latina nomina Helpis, Helpidius; vid. Giese l. c. p. 405.) et ibid. n. 139. vs. 6. HEXON (vid. Giese l. c. p. 245. sq.); quae quidem lectio redit in titulo quem Rossius publicavit Kunstbl. 1836. n. 39. 40. Hic autem titulus a quadratario satis inepto incisus videtur. Nam quae ibi nomina leguntur HAΛPYLEΘEN, HAΛPYLEΣI, HALOΠEKEΣI, etiamsi cum inscriptionis nostrae n. 49. HABΔEPITAI et cum C. Inscr. n. 451. HIΣΘMOI conferenda putaveris, tamen nimis perversa ratio est, quâ, dum APMA et EIΣTEKOTA signo spiritus carent, exarata leguntur HAΛALMA, HAΛONTA, HANALΩMA, HANΔPA, HEK, HEΠI, HOIKON, HOΠIΣΘΟΦANE. Huic gemellum fragmentum est a Rossio editum Kunstbl. 1836. n. 60. Huc retulerim nomen HAIΣOΠOΣ inscriptionis Sigeensis n. 32. — Diphthongi EI et OY eâ lege, quam supra (Pars I. 1. §. 3.) indicavimus, evitantur; unde n. 48. et C. I. n. 70. NEMEN, ibid. n. 73. ENAI, TOΣ etc. nisi quod HOYTOΣ scribitur (vide tamen n. 48. *a.* extr. TOTO), et n. 48. AKOLOYΘOΣ. Iota quod vocatur mutum diligenter servatur; omittitur tamen n. 48. AYTEΣI, C. Inscr. n. 73. TEΣI, et constanter in dativo AΘENEΣI, quae unice vera scriptura est. Postremo interpunctio eâ, quam supra diximus, inconstantiâ plerumque ternis punctis exprimitur. In C. I. n. 70. quidem ut plurimum binis punctis fit distinctio, quae videntur in terna mutari oportere.

47.

Lapidem in pavimento ecclesiae crucifixi (τοῦ Σταυρωμένου) insertum sibi comparaverat Marchio de Nointel a. 1674. unde lapis vulgo Nointelianus vocatur. Is nunc in Museo Parisino exstat. Quinque priores versus edidit Montfauc. Palaeogr. gr. p. 134. Quattuor priores

versus dederunt Benedictini (Nov. Tract. Diplom. I. p.626. Cf. p. 636.). Universam tabulam edidit Maffei Gall. Antiqq. sel. epist. XIX. p.91. sqq. Inde Murator. Nov. Thes. Inscr. II. p. DCCCLXXVIII, iterumque in Mus. Veron. p. CCCCVII. sq. Partem dedit ex Maffeio Corsinus, f. Att. I. p.154. sq. et Nott. Gr. Prolegg. p. XVIII. cf. Lanzi saggio di ling. Etr. I. tab. 1. cf. p.106. et Rose, Inscr. gr. vetust. tab. XIV. Titulus στοιχηδὸν scriptus est.

[*Vid. tab. insert.*]

Varietas lectionis. Vs. 1. Primum E ex Montf. Vs. 2. KYΠRΟΙ⁝ ex eodem, quum hodie distinctione omissâ legatur KYΠRΟΙΝ. Vid. Ros. Praeterea vs. 2. in Rosii apographo post ENTOI et post AΠΕΘΑΝΟΝ omittitur distinctio, quam Montf. p.138. diserte affirmat ibi esse. Vs. 3. in fine Montf. et qui cum eo consentit in his versibus, Maff. ΜΕΛΑRΟΣ et init. vs. 4. EN⁝TO⁝ Ipse tamen Maff. in Mus. Veron. Σ detritum esse fatetur, idque omnino non legi testantur Bimardus, Rosius, Thierschius Act. philol. Monac. II. f. III. p. 406. Et hic quidem adesas litteras superesse has testatur: ΑΙΛΙΝΙ⁝..ΜΕΛΑΡΟ, et vs. 4. abesse EN, quod etiam Ros. omittit. Vs. 4. interpunctiones omittit Ros.

Col. I. vs. 5. Ros. . T . . ΤΕΛΟΝ, Montf. et Maff. ΣΤRΑΤΕΛΟΝ. Vs. 11. et Ros. et Maff. ..ΜΕΑΣ. Itaque non recte Osann. Syll. p. 62. corrigit ΚΑLLΕΑΣ. Vs. 20. Maff. ΚΟΤΙΑΣ. 22. Ros. ΜΕΚΑΝΙΟΝ. Maff. .ΕΧΑ ΝΙΟΝ. 27. Maff. ΜΕΛΑΝΟΡΟΣ, 35. ΙΣΟΔΕΜΟΣ, 37. ...ΟΙLΟΣ, 42. ΟΡΥ ΝΟΣ. Vs. 45. Clarac. RΑΤΙLLΟΣ. Vs. 58. Maff. ΜΝΕΣΙΜΕΝΕΣ. Vs. 62. ap. Maff. maioribus litteris scribitur. Vs. 66. 67. bis Ν ex Maff. qui ita scriptum esse diserte testatur, nec raro Ν et N in marmoribus promiscua sunt. Vs. 67. I pro Y idem, qui inde a vs. 63. omittit interpunctiones ac verba ΤΕLΕΝΙ ΚΟΣ et ΜΑΝΤΙΣ longius ad dextram removet; vs. 67. 68. autem Ɛ pro Σ scriptum narrat, quod incredibile est in hoc Attico monumento. Col. II. vs. 5. Montf. Φ, Ros. Φ. 8. Maff. Γ (hoc est Λ) ...ΚΙΠΠΟΣ. Vs. 9. vacuus ap. Ros. Quod cum Boeckh. dedimus, ex Maff. est. Vs. 10. L ex Maff. Ibi Ros. lacun. habet. Vs. 11. Maff. Θ, Ros. Φ, vs. 25. Maff. ΕΑΚΟΝ; vs. 30. Clarac. ΦΙLΑΙΟΣ, vs. 31. et 38. finale Σ ex Maff. Vs. 56. Maff. ΗΥ ΠΕΡΛΙΟΣ (hoc est ΗΥΠΕRLΙΟΣ); Spon. legerat ΗΥΠΕLΕΙΟΣ. Vs. 58. Maff. et Clarac. ΠΟLΥΧΣΕΝΟΣ; Ros. ΠΟLΥΧΕΝΕΣ. Col. III. vs. 5. Montf. R, Ros. Ρ. Vs. 7. Maff. ΑΡΚΕLΑΣ, 20. ΘΑLLΙΑRΧΟΣ. Vs. 21. et 22. Σ finale ex Maff. item vs. 28. Vs. 29. et Ros. et Maff. ΑRΧΕΣΙLΑΣ. cf. n. 23. p. 60. — Vs. 31. Σ finale ex Maff. Vs. 37. ΗΑΛΑΘΟΔΕΜΟΣ, Ros. ΗΑΛΝΟΔΕΜΟΣ. Cf. Osann. Syll. p. 25. Vs. 38. Ros. Λ pro L. Vs. 43. Maff. ...... ΑΟΝ. Vs. 50. ex Maff. Σ et vs. 51. ΕΣ ex eodem. Vs. 54. Maff. ΕΥΛΙΟΣ, hoc est

(****) Κτησίας. (†) Fort. Στήσανδρος. (††) De diphthongo AI, quae in E transit, cf. C. Inscr. ad n. 33.

[illegible]
Cf. Osann. Syll. p. 25. Vs. 38. Ros. Λ pro Ⅼ. Vs. 43. Maff. ...... AON. Vs. 50. ex Maff. Ϟ et vs. 51. EϞ ex eodem. Vs. 54. Maff. EYΛIOϞ, hoc est

ΕΥΙΙΟΣ: idem vs. 58. ΕΡΛΟΤΕΣ. Vs. 60. Maff. ΑΚΑ .... Θ .... In fine vss. 67. 68. forma Ʀ ficta ab eo est, qui litteras rubro induxit; lapicida dederat P (v. Barthelem. Act. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 161. et notam Datierii p. 162.) Ceterum vs. 1. et 3. et ap. Maff. etiam vs. 62. maioribus litteris scripti sunt.

Ἐρεχθηΐδος

οἵδε ἐνὶ τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγ-
ύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, Μεγαρο[ῖ],
τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ.

στρατηγῶν	Φάνυλλος.	Ἄκρυπτος
φ[ύλαρ]χος	Χρ[ό]νιος.	Τιμοκράτης
Π[αντ]αλέων	Ε[ὐ]γείτων	Ἀρχέλας
Πολύστρατος	Ἄλκιππος	Εὐθυκράτης
[Δρ]ακοντίδης	Λυσικλῆς	Πατροκλείδης
.. μόστρατος (*)	Κέλευσος	Ἀλκμεωνίδης (††)
.. μέας (**)	Εὐθύδημος	Γλαύκων
[Εὐκ]λείδης	Δικαῖος	Δημόνικος
.. κράτης (***)	Φιλῖνος	Ἀναξίδωρος
[Χα]ιρέδημος	Καλλικλῆς	Γλαύκων
.. ητίας (****)	Ναυσικλῆς	Προκλῆς
.. ήσανδρος (†)	[Τ]ιμησίθεος	Ἀντιφῶν
[Λ]υκόφρων	[Μ]νηστιγένης	Ἀναξίλας
Ἀπολλόδωρος	Πολυκλῆς	Ἀρχέπολις
Ἀριστοτέλης	Ἀλεξίας	Καλλέας
Ἐρωτίας	Ἀμύδριππος	Θαλίαρχος
Δράκαλος	Ἀπολλόδωρος	Φιλόνι[κ]ος
Μηχανίων	Γοργίας	Εὐκλείδης
Φιλιστίδης	Νόθαρχος	Διόδωρος
Τιμογένης	Παρμονίδης	Νίκαρχος
Χαρίσανδρος	Βάκιων	Ἐπιτέλης
Μενεκλῆς	Πίθων	Κύβων
Μελάνωπος	Λυσίας	Χαιρίας
Κλεόνβροτος	Σώστρατος	Δημήτριος
Ἀριστοκλείδης	Φιλῖνος	Ἀρ[κ]εσίλας

(*) Δημόστρατος vel Τιμόστρατος. (**) Τιμέας aut Δημέας. (***) Εὐκράτης vel Σωκράτης. (****) Κτησίας. (†) Fort. Στήσανδρος. (††) De diphthongo ΑΙ, quae in Ε transit, cf. C. Inscr. ad n. 33.

Θουκυδίδης	Φίλαιθος	Εὔθοινος
Εὐθύδημος	Φιλέταιρος	Δημήτριος
Καλλικράτης	Σωτέλης	Γόργων
Ἀψήφης	Λυσίας	Στράτων
Ἀριστείδης	Ἀριστογένης	Ἀριστοφάνης
Φιλόδημος	Φιλῖνος	Γλαύκων
Κηφισόδοτος	Διότιμος	Φυτωνίδης
[Σ]ώφιλος (*)	Καλλωνίδης	Ἁγνόδημος
[Ἀ]ντιμένης	Καλλίξενος	Διοκλῆς
[Ἐ]παίνετος	Δεινίας	Φανόστρατος
[Ἀ]ργαῖος	Σμίκυθος	Εὐμένιος
Διογένης	Τιμόδημος	Θεόδωρος
Φρῦνος	Λύσις	. . . ύλεως
[Κ]τησιάδης	Ἀκησίας	[Κέ]ρδων
[Κ]όροιβος	Ἐπιχάρης	[Ἐπ]ιχάρης
[Κ]ράτυλλος	Ἱερώνυμος	Ε[ὔ]δοξος
[Σ]υνφέρμιος	Ἀναξίλας	Πολύζηλος
Νικίας	Χαιρίας	Γλαυκίας
Λυσικλείδης	Ηρακλείδης	Ἐπιγένης
Φρούραρχος	Ἀγασικλῆς	Ἀντιχάρης
Χα[ρίσ]ανδρος	Ἄλκας	Φιλιστίδης
Ὀ[λυνπ]ιάρατος (**)	Κηφισόδοτος	Ἀμφικλείδης
Σ . . . . ος	Καλλικλῆς	Φροῦρος
Μν[ησί]φιλος	Κηφισόδωρος	Τίτων
Σωσίας	Νουμήνιος	Εὔβιος
Ἀρχῖνος	Ξενόφιλος	Καλλίβιος
Λυκῖνος	Ὑπέρβιος	Σμῖκρος
Καλλίας	Ἅγνων	Νεαῖος
Μνησιγένης	Πολύξενος	Ἐργοτέ[λης]
Σίκων	Ἐρξιμένης	Φωκίων
Ἀμφιμήδης	Νίκων	Ἀραιο . . . .
Ξένυλλος		
Στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ,		
Ἱπποδάμας.		
Εὐθύμαχος	Τηλένικος,	
Εὔμηλος	μάντις	

(*) vel Σοφίλος. (**) Ex C. I. n. 169. Col. III. vs. 33.

'Ανδροσθένης.
Τοξόται, Φρῦνος
Ταῦρος
Θεόδωρος
'Αλεξίμαχος.

Est pretiosissimus catalogus eorum, qui ex Erechtheide in sex proeliis eodem anno commissis occubuerunt. Ex tribu, quae prima in his monumentis solet esse, videtur colligi posse, primam hanc esse tabulam ex pluribus, in quibus ceterarum tribuum clades inscripta fuerit. Rerum gestarum memoriam tradidit Thucydides I, 104. 105. cf. Lys. orat. funebr. p. 108. sq. ed. Reisk. De chronologiâ ap. Diodor. perturbatâ vide Boeckh. ad h. l. et eiusd. Commentat. de Sophocl. Antigone (in Act. Acad. Berol. 1824.), ubi civilem Atheniensium annum tum non a Gamelione sed ab Hecatombaeone incepisse docuit; unde corrigendi Dodw. Annal. Thucyd. Olymp. 80$\frac{2}{3}$. 80$\frac{3}{4}$. Corsin. F. A. I. p. 163. III. p. 201. Cf. etiam ea quae nuper bene disputavit Krüger. Hist. phil. Stud. 1837. p. 162. sqq. cuius ex calculis tituli annus videtur esse Olymp. 80, 1.

Ex singulis tribubus si singuli quotannis strategi s. praetores creabantur, unus ex Erechtheide creatus fuerit; sin plures, ceteri extraordinarii duces debebant esse. Iam vero in nostro titulo duos strategos deprehendimus, quorum alter vs. 5. στρατηγῶν dicitur, alter στρατηγός vs. 62. Hic cum vate tribusque militibus et quattuor sagittariis in fine separatim enumeratur, haud dubie quod eorum mors sero nuntiata fuerit. Itaque Hippodamantem illum Boeckhius praetorem ordinarium iudicat, qui solus propriâ appellatione στρατηγὸς dictus sit. Στρατηγῶν autem vs. 5. quum genitivus pluralis a substantivo στρατηγός vel propterea statui non possit, quod in tali enumeratione nominativus adhiberi solet, ut vs. 62. 67., videtur intelligi debere dux praetoris loco exercitum ducens, ideoque praetor extraordinarius. Iam quum Col. I. vs. 6. nomen proprium inesse non verisimile sit, dispositione licet minus concinnâ vs. 5. coniungendum erit στρατηγῶν Φάνυλλος, et vs. 6. φύλαρχος Χρόνιος. cf. Corp. Inscr. n. 169. vs. 54. ubi, ut hic, initio φύλαρχος nominatur. Sed vs. 49. Φρούραρχος nomen proprium videtur esse, non praefecti.

48.

Ingens tabula marmorea, olim in atrio domus Graeci cuiusdam, in urbe versus templum Thesei; nunc in Museo Britannico n. 309. Tria latera perscripta sunt, quae *a b c* designamus.

In amplioribus sunt tituli *a c*, in medio angustiori *b*. Posteriorem hunc edidit Chandl. Inscr. II. p. 54. XXVI. Latus *c* maxime detritum est. Trium horum laterum apographa Boeckhio misit Rosius. Cf. Ros. Inscr. Vetust. tab. XXX.

a.

ΕΝ . ΜΕ
. . . ΥΝΜ
. . ΙΝΓΑΡ
ΦΟΒ[Ο]ᛚΟΝΚΑΙ[ΑΥΤΟΙΣΙΚΑΙΤΟΙ
Σ.Ι]ΤΕΚΝΟΙΣ[ΙΝ . . . . . .
. . . Η]ΕΚΑΣΤ . . . .
. . . . . ΝΟΕ . . . .
. . . ΟΧΙΟΝ . . . .
. . . . . ΕΤΟΝΗ . . . . . .
. . . . . ΟΝΑΡΑΧ[Μ . . . . .
. ΑΝΑ]ᛚΟΜΑΤ . . . .
. . . . ΝΕΗΟΤΟ . . . . . .
. . . . ΣᛚΑΜ[Β]ΑΝ . . .
. . . . ΑΣ . . . .
. . . . . ΝΟΝ . . ᛚΕΡ . . . .
. . . . ΤΕΜΜΕΕ . . .
. . . . ᛚΕΝΤΟΑ . . .
. . . ΟΚΕΡΥΚΑΣΔΕΜΥ .
. . . ΣΤΑΣ[ΗΕΚΑ]ΣΤΟΝ .
. . . ΑΣ . ΑΜ . . . . ΑΕ .
. . . . ΟΣΕΥ . . . ΕΣΟΑ[Ι
. . . . . ΜΕΣΙΜ . ΕΝΔΕ . .
ΣΙΚΕΡΥΚΟΝ . . . ΕΥ . .
Τ]ΟΔΕ[ΗΙΕ]ΡΟΑΡΛΥΡΙ[ΟΤΟΜΕΝ . . .
ΕΣΚ . . . Ν . . ΑΘΕΝ[ΑΙ . . ΚΑΤΑΘ
Ε]ΣΘΑΙ . . . . ᛚΟ . .
ΕΣΤΟ ΤΕΣΑΘΕΝΑΙΑ[ΣΤΑΜΙΕΟΝ
ΤΟΕΜ Γ ΟᛚΕΙΤΟΔΕΑ . . . . . .[ΤΟΙ
Σ]ΗΙΕΡ ΟΓΟΙΟ[ΙΣΙΝΗΟΙΔΕΗΙΕΡ
Ο]ΓΟΙ Ο ΙΤΑΜΙΕΥΕΣ[ΘΟΝ
. . . . ΧΕΝΕΝΤΟΙ . .
. . . . ΕΝΤΟ[ΙΓ]ΡΟ[ΝΕΙΟΙ
. . . . . Σ[ΤΕ]ΦΑΝΟΣ . . Κ . .
. . ΣΤΑΣΗΕΚΑΣΤΟΜ
ΤΟ]ΣΜΥΣΤΑΣΤΟΣΕᛚΕ[ΥΣΙΝΙ . . . .
. . ΝΟΣΕΝΤΕΙΑΥᛚΕΙ
Γ]ΡΟΤΟΣΔΕΕΝΑΣΤΕ[Ι
ΕΝΤΟΙΕᛚΕΥΣΙΝΙΟΙ

Τ]ΟΝΕΓΙΤΟΙΒΟΜΟΙΙΕΡΕΑΚΑΙ[ΤΟΝΙΕΡΕΑ
Τ]ΟΝΘΕΟΙΝΚΑΙΤΟΝΙΕΡΕΑΤΟ[Ν
ᛚ]ΑΝΒΑΝΕΝΕΚΑΣΤΟΝΤΟΤΟ
. . . . . . ΕΚ]ΑΣΤΟΝ

b.

[Τ
Α]ΔΕΝΗΑΚΟΣΙ[Α
Η]ΑΠLΕΙΤΑΔΕ[Η
Ε]ΚΟΣΙΑΔΙΠL[Ε
Ι]ΣΠΟΝΔΑΣΕΙΝ
ΑΙ]ΤΟΙΣΙΜΥΣΤ[Ε
ΙΣ]ΙΝΚΑΙΤΟΙ[Σ
ΕΠΟ]ΠΤΕΙΣΙΝ[Κ
ΑΙ]ΤΟΙΣΑΚΟL[Ο
ΥΘ]ΟΙΣΙΝΚΑΙ[Δ
ΟL]ΟΙΣΙΝΤΟ[ΝΑΘ
ΕΝ]ΑΙΟΝΚΑΙ[ΑΘ
ΕΝ]ΑΙΟΙΣΙΝ[ΗΑ
Π]ΑΣΙΝΑΡΧΕ[ΝΔ
Ε]ΤΟΝΧΡΟΝΟ[ΝΤ
ΟΝΣΠΟΝΔΟΝ[ΤΟ
ΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙ[Ο
ΝΟΣΜΕΝΟΣΑΠ[Ο
ΑΡΧΟΜΕΝΙΑΣ
Κ]ΑΙΤΟΝΒΟΕΔΡ
Ο]ΜΙΟΝΑΚΑΙΤΟ
ΠΥ]ΑΝΟΦΣΙΟΝΟ[Σ
ΜΕΧΡΙΔΕΚΑΤ[Ε
ΣΗΙΣΤΑΜΕΝΟ[Τ
ΑΣΔΕΣΠΟΝΔΑΣ
ΕΙΝΑΙΕΝΤΕΙ[Σ
Ι]ΠΟLΕΣΙΝΗΟ[Ι
ΑΝΧΡΟΝΤΑΙ[ΤΟ
Ι]ΗΙΕΡΟΙΚΑΙΑ
ΘΕΝΑΙΟΙΣΙΝΕ
ΚΕΙΕΝΤΕΙ[ΣΙΝ
ΑΥΤΕΣΙΠΟLΕ[Σ
ΙΝΤΟΙΣΙΔΙΟΙΣ[Μ
ΕΙΙΟΣΙΜ[Υ]ΣΤΕ
ΡΙΟΙΣΙΝ[Τ]ΑΣ[Σ
ΠΟΝΔΑΣΕΙΝΑ[Ι
ΤΟΛΑΜΕLΙΟΝΟ
ΣΜΕΝΟΣΑΠΟΑ[Ρ
Χ]ΟΜΕΝΙΑΣΚΑ[Ι
ΤΟΝΑΝΘΕΣΤΕ[Ρ
ΙΟΝΑΚΑΙΤΟΕL
ΑΦΕΒΟLΙΟΝΟ[Σ
ΜΕΧΡΙΔΕΚΑΤ[Ε
ΣΗΙΣΤΑΜΕΝΟ

c.

A
EK.
OⱢ . . . . NΔE
EME . . . . EANΔE
K]ATA[TAYTAT]A[Y]TAEAN
KTON. . . . TENΔYNA[MIN
ΓPAX≶A. . EKΓPAX≶
EAΔOITONOΦⱢONTAM
T]OI HIEPOⱢEANΔE
. E . YEOEMAI
T]ENEⱢOO[≶ A]N
. HY≶TEPONH[EMEPA
. A]YTONAOENAIONME
. A]YTONTONΓOⱢEONM
. . . A : OAIEANME
. . E]Γ IXOPI
. . . . NTAHE
. . EE . . . . EIA
EN]EXE≶O
Y. : Ⱡ

Varietas lectionis. Col. *b.* vs. 1-3. Ros. sic edidit

. . . EN . K . . . . . .
. . AΓⱢE . AΔE.
. . O≶ . A . . ΓⱢ.

Vs. 4. Chandl. om. N. Vs. 6. Ros. . EKA≶TOI. Vs. 7. Ros. om. Γ. Vs. 9. Ros. OI≶INKA, Chandl. . I . , INKAI. Vs. 10. Chandl. A≶INTO. Vs. 11. Chandl. TON etc. et vs. 12. TOI≶IN, vs. 13. A≶AΓAPXE, vs. 33. PIΞ etc. De latitudine Col. *a.* et *c.* non constat. Litterarum positum ex Rosii apographo accurate descripsit Boeckh. quem sequimur. Col. *b.* singuli versus undenas litteras habent. Sed versu 18 tantum decem sunt, versu 32 tredecim, et aliquoties duodenae. Ceterum in hac *στοιχηδὸν* scriptura aperta est.

Horum titulorum quantum legi potest, accipe.

Col. *b.*

.... τὰ] μὲν ἀκούσι[α] ἁπλῆ, τὰ δὲ [ἑ]κούσια διπλῆ. σπονδὰς εἶν[αι] τοῖσι μύστ[ησ]ιν καὶ τοῖ[ς ἐπό]πτησιν, [καὶ] τοῖς ἀκολ[ούθ]οισιν καὶ [δούλ]οισιν τῶ[ν Ἀθην]αίων καὶ [Ἀθην]αίοισιν [ἅπ]ασιν. ἄρχει[ν δὲ] τὸν χρόνο[ν τ]ῶν σπονδῶν [τοῦ] Μεταγειτνι[ῶ]νος

μηνὸς ἀπ[ὸ] ἀρχομηνίας. [κ]αὶ τὸν Βοηδρ[ο]μιῶνα καὶ τοῦ [Πυ]ανοψιῶνο[ς] μέχρι δεκάτ[η]ς ἱσταμένου. [Τ]ὰς δὲ σπονδὰς εἶναι ἐν τῆ[σι] πόλεσιν, ο[ἷ] ἂν χρῶνται [τῷ] ἱερῷ, καὶ Ἀθηναίοισιν ἐκεῖ ἐν τῆ[σιν] αὐτῆσι πόλε[σ]ιν τοῖς ἰδίοις [μ]είζοσι μ[υ]στηρίοισιν. [τ]ὰς [σ]πονδὰς εἶνα[ι] τοῦ Γαμηλιῶνος μηνὸς ἀπὸ ἀ[ρχ]ομηνίας κα[ὶ] τὸν Ἀνθεστη[ρ]ιῶνα καὶ τοῦ Ἐλαφηβολιῶνο[ς] μέχρι δεκάτης ἱσταμένου . . . .

In lateribus *a* et *c* pauca licet expiscari. In priore agitur de pecuniis. vs. 5. ὀβ[ο]λὸν καὶ [αὐτοῖσι καὶ τοῖσι] τέκνοισιν (fort. de theorico Eleusiniorum causa dando). vs. 6. ἕκαστ[ον]. vs. 10. δραχμ..... vs. 11. ἀναλωματ...... vs. 13. λαμβ...... vs. 18. κήρυκας. vs. 19. ἕκαστον.... vs. 24. [τ]οῦ δὲ [ἱε]ροῦ ἀργυρί[ου τὸ μὲν (altera pars deponenda) ἐς..... Ἀθηναί.. καταθέσθαι.....

ἐς τὸ τῆς Ἀθηναία[ς ταμιεῖον (vel ἱερὸν)
τὸ ἐν πόλει· τὸ δὲ ...... [τοῖ-
ς] ἱεροποιο[ῖσιν· οἱ δὲ ἱερ-
ο]ποιοὶ ταμιευέσ[θων . . .
.... ἐν τῷ ....
.... ἐν τῷ [π]ρο[νηΐῳ
.. τοὺς] σ[τε]φάνους ....
.... στας ἕκαστον .....
τοὺ]ς μύστας τοὺς Ἐλε[υσινι..
.. ἐν τῇ αὐλῇ
π]ρώτους δὲ ἐν ἄστε[ι
ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.
Τὸν ἐπὶ τῷ βωμῷ ἱερέα καὶ [τὸν ἱερέα
το[ῖ]ν θεοῖν καὶ τὸν ἱερέα τῶν . . .
λαμβάνειν ἕκαστον τούτου
.... ἕκαστον

De his ultimis versibus (39-42), qui ad mercedem sacerdotibus dandam pertinere videntur, vide princip. huius paragraphi p. 111.

[Σά]τυρ[ον] Σουνιᾶ

[καὶ Δη]μή[τριο]ν καὶ εἴτις ἄλλος ἐμοὶ ἐ[χθρός,]

καὶ τούτους πάντας. καταδῶ αὐτούς σ[οι].
'Ονήσιμε· πάντας τούτους
αὐτοῦ[ς] καὶ τὰς τούτων ἐπ' ἐμοὶ
πράξεις σοι παρακατατίθεμαι
τηρεῖν. 'Ερμῆ κάτοχε, κάτοχος
ἴσθι τούτων τῶν ὀνομάτων
καὶ τῶν τούτων πάντων.
'Ε]ρμῆ καὶ Γῆ, ἱκετεύω ὑμᾶς τηρεῖν
ταῦτα, καὶ τούτους κολάζετε.
[σώζετε] τὸν μολυβδοκόπον.

Dirae, quibus animae numinibus inferis sacrari putabantur, plumbeis tabulis solebant inscribi. V. Tacit. Annal. II. 69. Dio Cass. LVII, 18. De hisque magicis defixionibus cf. Plat. rep. II. 364. C. legg. XI. 933. A. et Heins. ad Ov. Amor. III. 7, 29. Κάτοχοι θεοὶ (sensu activo) ii sunt, qui defixos a magis homines detinere putabantur. Sic 'Ερμῆς κάτοχος ut C. I. n. 538. Γῆ κάτοχος. — Nomen 'Ονήσιμος videri potest esse defuncti, cui una cum diis sacrentur defixi illi.

Scriptura paullo rudior est; litterae acuto stilo rasae magis quam exaratae sunt, lineis ut plurimum rectis. In hoc plumbeo titulo forma + pro X ex antiquo usu resedit. Singulari formâ Z littera Ω expressa est. Ut rudis litterarum erat, qui haec scripsit, ita etiam in illud vitium incidit, ut saepius H pro E scriberet. Ceterum ex his omnibus nihil certi de aetate tituli licet definiri, praeterquam quod, quum pro OY nunquam O compareat, quae littera aliquot post Ol. 100. Olympiadibus perduravit, verisimile est titulum circa Ol. 105-110. esse exaratum.

64.

In monumento, quod vulgo laternam Demosthenis vocant. Cyriac. p. X. n. 76. Murat. T. II. p. DCXLIV. 1. Spon. Itin. III, II, p. 21. Wheler Itin. p. 398. ed. Angl. Le Roy Mon. gr. I. p. 28. Stuart. Antt. Att. I. p. 28. cap. IV. tab. III. et alii.

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥΚΙΚΥΝΝΕΥΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑΘΕΩΝΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣΑΘΗΝΑΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΕΥΑΙΝΕΤΟΣΗΡΧΕ

Λυσικράτης Λυσιθείδου Κικυννεὺς ἐχορήγει,
'Ακαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θέων ηὔλει,
Λυσιάδης 'Αθηναῖος ἐδίδασκε, Εὐαίνετος ἦρχε.

Titulus agonisticus est, qualis n. 65. Euaenetus archon Ol. 111, 2. In Chorego pagus addi solet, quia is necessario Atheniensis; in praeceptore

et tibicine, quia hi non necessario Athenienses, vulgo additur civitatis nomen, ut Ἀθηναῖος, Θηβαῖος. Ubi tibicen memoratur, par est cyclium chorum intelligi.

65.

Transscripsit Athenis Cyriacus p. X. n. 77. Ex eiusdem schedis edidit Murat. II. p. DCXLII, 2. Cf. Reines. Synt. inscr. V, 36. p. 377. Spon. Itin. III. P. II. p. 214. Vandal. Diss. p. 672. Corsin. F. A. IV, p. 46. Pocock. Inscr. ant. I. 5. v. 4. p. 52. Textum vid. in margine.

ΑΙΓΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑΕΥΑΓΙΔΗΣΚΤΗΣΙΟΥΦΙΛΑΙΔΗΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣΗΥΛΕΙΧΑΡΙΛΑΟΣΛΟΚΡΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣΗΡΧΕ

Αἰγηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα, Εὐαγίδης Κτησίου Φιλαΐδης ἐχορήγει,
Λυσιμαχίδης Ἐπιδάμνιος ηὔλει, Χαρίλαος Λοκρὸς ἐδίδασκε,
Εὐθύκριτος ἦρχε.

Titulus item agonisticus, ut n. 64. 67. Euthycritus archon Ol. 113, 1. — Cyriacus, Ursinus (v. Reines. l. c.), Sponius versus ex arbitrio divisos repraesentant. Fourmonti schedae cum Pocock. consentiunt ita, ut primus versus ab ... ΗΙΣ, secundus a litteris ... ΙΜΑΧΙΔΗΣ incipiat. Ex his et vestigiis tertii versus ap. Fourm. divisionem versuum concinnavit Boeckhius.

66.

Mus. Britann. n. 289. Ed. Chandler. Inscr. II. p. 74. n. 110. et Boeckh. Oecon. civ. Ath. II. p. 336. I. p. 329. tab. VII. n. XVII. Fortuitam litterarum dispositionem ap. Chandl. removit Boeckh. in C. Inscr. gr. quem sequimur.

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]

Erant litterae Θ Ξ Σ, quae incuriâ transscribentium irrepserunt.

Ἐπὶ Ἀρχίππου ἄρχοντος, Φρυνίωνος δημάρχου.
Κ]ατὰ τάδε μισθοῦσιν Πειραιεῖς Παραλίαν καὶ Ἁλμυρί[δ-
α καὶ τὸ Θησεῖον καὶ τἆλλα τεμένη ἅπαντα. τοὺς μισθωσ-
αμένους ὑπὲρ :Δ: δραχμὰς καθιστάναι ἀποτίμημα τῆς μ[ι]-
σθώσεως ἀξιόχρεων, τοὺς δὲ ἐντὸς :Δ: δραχμ[ῶ]ν ἐγγυ[η]τ[ὴν
ἀποδιδόμενον τὰ ἑαυτοῦ τῆς μισθώσεως. ἐπὶ τοῖσδε μ-
ισ]θοῦσιν ἀνεπιτίμητα καὶ ἀτελῆ· ἐὰν δέ τις εἰσφορὰ γί-
γνηται ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ τιμήματος, τοὺς δημότας ε[ἰ-
σφέρειν· τὴν δὲ ὕλ[η]ν καὶ τὴν γῆν μὴ ἐξέστω ἐξάγειν τού-
ς μισθωσαμένους, μήτε ἐκ τοῦ Θησείου μήτε ἐκ τῶν ἄλλ-

[*Continuatur p. 172.*]

ΕΠΙΑΡΧΙΠΠΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΦΡΥΝΙΩΝΟΣΔΗΜΑΡΧΟΥ

Κ]ΑΤΑΤΑΔΕΜΙΣΘΟΥΣΙΝΠΕΙΡΑΙΕΙΣΠΑΡΑΛΙΑΝΚΑΙΑΛΜΥΡΙ[Δ
ΑΚΑΙΤΟΘΗΣΕΙΟΝΚΑΙΤΑΛΛΑΤΕΜΕΝΗΑΠΑΝΤΑΤΟΥΣΜΙΣΘΩΣ
ΑΜΕΝΟΥΣΥΠΕΡ:Δ:ΔΡΑΧΜΑΣΚΑΘΙΣΤΑΝΑΙΑΠΟΤΜΗΜΑΤΗΣΜ[Ι
ΣΘΩΣΕΩΣΑΞΙΟΧΡΕΩΝΤΟΥΣΔΕΕΝΤΟΣΔΡΑΧΜΑΝΕΓΓΥΝΤΙΝ
ΑΠΟΔΙΔΟΜΕΝΟΝΤΑΕΑΥΤΟΥΤΗΣΜΙΣΘΩΣΕΩΣΕΠΙΤΟΙΣΔΕΜ
ΙΣ]ΘΟΥΣΙΝΑΝΕΠΙΤΙΜΗΤΑΚΑΙΑΤΕΛΗΕΑΝΔΕΤΙΣΕΙΣΦΟΡΑΓ
ΙΝΗΤΑΙΑΠΟΤΩΝΧΩΡΙΩΝΤΟΥΤΙΜΗΜΑΤΟΣΤΟΥΣΔΗΜΟΤΑΣΕ[Ι
ΣΦΕΡΕΙΝΤΗΝΔΕΥΛΙΝΚΑΙΤΗΝΓΗΝΜΗΕΞΕΣΤΩΕΞΑΓΕΙΝΤΟ[Υ
ΣΜΙΣΘΩΣΑΜΕΝΟΥΣΜΗΤΕΕΚΤΟΥΘΗΣΕΙΟΥΜΗΤΕΕΚΤΩΝΑΛΛ
ΩΝΤΕΜΕΝΩΝΜΗΔΕΤΗΝΥΛΗΝΑΛΛΟΣΗΤΑΙΧΩΡΙΩΙΟΙΜΙΣ[ΘΩ
ΣΑΜΕΝΟΙΤΟΘΕΣΜΟΦΟΡΙΟΝΚΑΙΤΟΤΟΥΣΧΟΙΝΟΥΝΤẸΣΚΑΙ[Ο]Σ
ΑΛΛΑΕΝΝΟΜΙΑΤΗΝΜΙΣΘΩ[Σ]ΙΝΚΑΤΑΘΗΣΟΥΣΙΤΗΝΜΕΝΗΜΙΣ
ΕΑΝΕΝΤΩΙΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΙΤΗΝΔΕΗΜΙΣΕΑΝΕΝΤΩΙΠΟΣΙΔΕ
ΩΝΙΟΙΜΙΣΘΩΣΑΜΕΝΟΙΠΑΡΑΛΙΑΝΚΑΙΑΛΜΥΡΙΑΑΚΑΙΤΟΘΗ
ΣΕΙΟΝΚΑΙΤΑΛΛΑ[ΤΕΜΕΝΗΠΑΝΤΑ]ΟΣΑΟΙΟΝΤΕΚΑΙΘΕΜΙΤΟΝ
ΕΣΤΙΝΕΡΓΑΣΙΜΑΠΟΕΙΝΚΑΤΑΤΑΔΕΕΡΓΑΣΟΝΤΑΙΤΑΜΕΝΕ
ΝΝΕΑΕΤΗΟΠΩΣΑΝΒΟΥΛΩΝΤΑΙΤΩΔΕΔΕΚΑΤΩΙΕΤΗΙΤΗΝΗ
ΜΙΣΕΑΝΑΡ.ΟΥΝΚΑΙΜΗΠΛΕΙΑΟΠΩΣΑΝΤΩΙΜΙΣΘΩΣΑΜΕΝΩΙ
ΜΕΤΑΤΑΥΤΑΕ[ΝΗ]ΙΥΠΕΡΓΑΣΕΣΘΑΙΑΠΟΤΗΣΕΚΤΗΣΕΠΙΔΕΚ
ΑΤΟΥΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΟΣΕΑΝΔΕΠΛΕΙΩΑΡΟΣΕΙΗΤΗΝΗΜΙΣΕ
ΑΝΤΩΝΔΗΜΟΤΩΝΕΣΤΩΟΚΑΡΠΟΣΟΠΛΕΙΩΝΤΗΝΟΙΚΙΑΝΓΙΝ
ΕΝΤΗΙ]ΗΛ[ΜΥΡ]ΙΑΙΣ[Τ]ΕΓΟΥΣΑΝΠΑΡΑΛΑΒΩΝΚΑΙΑΡΟΝΗΚΑΤΑ

Varietas lectionis ex apographo Rosii: vs. 5. ΑΠΟΤΙΜΗΜΑ et extr. ΕΓΤΥΝΤΗ, 8. init. ΓΝΗΤΑΙ, vs. 11. pro ΑΛΛΟΣΗ etc. Ros. habet ΛΛΟ.ΟΣΗΤΩΙΧΩΡΙ.ΩΙΟΙΜΙΣ.◊, 12. extr. ΣΧΟΙΝΟΥΝΤΟΣΚΑΙΞ, 15. ΑΛΜΥΡΙΔΑ, 16. in lacunâ ΕΥ.ΠΟΥΠΙΕΞΤΙΝ (fort. εἴ πού τί ἐστιν), 18. ΤΩΙΔΕ, 20. ΕΞΝΙ pro Ε[ΝΗ]Ι, 22. extr. ΤΗΙ, vs. 24. ΟΝΟΔΟΑΙ.

ων τεμενῶν· μηδὲ τὴν ὕλην ἄλλοσ[ε] τ[ῶν] χωρίω[ν] οἱ μισ[θωσάμενοι τὸ Θεσμοφόριον καὶ τὸ τοῦ Σχοινοῦντος καὶ [ὅ]σ' ἄλλα ἐννόμια. τὴν μίσθωσιν καταθήσουσι τὴν μὲν ἡμισέαν ἐν τῷ Ἑκατομβαιῶνι, τὴν δὲ ἡμισέαν ἐν τῷ Ποσιδεῶνι. οἱ μισθωσάμενοι Παραλίαν καὶ Ἁλμυρίδα καὶ τὸ Θησεῖον καὶ τἄλλα [τεμένη πάντα], ὅσα οἷόντε καὶ θεμιτόν ἐστιν ἐργάσιμα ποεῖν, κατὰ τάδε ἐργάσονται, τὰ μὲν ἐννέα ἔτη ὅπως ἂν βούλωνται, τῷ δὲ δεκάτῳ ἔτ[ε]ι τὴν ἡμισέαν ἀροῦν καὶ μὴ πλεί[ω], ὅπως ἂν τῷ μισθωσαμένῳ μετὰ ταῦτα ἐξῇ ὑπεργά[ζ]εσθαι ἀπὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα τοῦ Ἀνθεστηριῶνος· ἐὰν δὲ πλείω ἀρόσῃ ἢ τὴν ἡμισέαν, τῶν δημοτῶν ἔστω ὁ καρπὸς ὁ πλείων. τὴν οἰκίαν [τὴ]ν ἐν τῇ Ἁ]λ[μυρ]ί[δ]ι σ[τ]έγουσαν παραλαβὼν καὶ ἀ[σφαλ]ῆ κατὰ

. . . .

Locatio haec Piraeensium Archonte Archippo exarata aut in Ol. 114, 4, aut in Ol. 115, 3. incidit. Ἁλμυρὶς locus est de salso ita dictus; similiter Σχοινοῦς locus pascuus videtur esse. Ἐννόμια pascua sunt. Nota anacoluthiam in v. 11. οἱ μισθωσάμενοι, ubi de sensu supplendum ἐξαγόντων. Στέγουσαν in fine est *sartam tectam.* Ἀποτίμημα est *pignus.* v. Oecon. civ. Ath. I. p. 158. de τιμήματι v. ibid. II. p. 22. sqq.

67.

In epistylio monumenti choragici Thrasylli, in radice arcis ad meridiem in rupe incisi, hodie Παναγίας Σπηλιωτίσσης. De aediculâ rupi incisâ cf. Pausan. I. 21. 4. Primus Cyriac. transscripsit p. IX. n. 71. Ed. Murat. II. p. DCXLI. Cf. Ursin. Imagg. p. 28. Spon. Itin. III. II. p. 111. Wheler. Itin. p. 369. ed. Angl. Vandal. Diss. p. 673. Corsin. F. A. II. p. 20. IV. p. 56. Taylor ad Marm. Sandwic. p. 70. Le Roy Mon. Gr. T. II. 35. Stuart. Att. II. p. 29. Pomard. Itin. I. p. 132. Boeckh. usus est praeterea apographo Villoisoni ex schedis Franc. Giamberti et alio Mustoxydis. Textum vid. in margine.

Θράσυλλος Θρασύλλου Δεκελεεὺς ἀνέθηκεν
χορηγῶν νικήσας ἀνδράσιν Ἱπποθωντίδι φυλῇ,
Εὔιος Χαλκιδεὺς ηὔλει, Νέαιχμος ἦρχεν, Καρκίδαμος Σώτιος ἐδίδασκεν.

De genere tituli cf. n. 64. 65. Giamb. Urs. Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ, alii ΔΕΚΕΛΕΥΣ. cf. Steph. Byz. v. ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΙ vetusta forma Stuart. Giamb. Cyriac. Alii vulgare ΙΠΠΟΘΟΩΝ

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝΝΙΚΗΣΑΣΑΝΔΡΑΣΙΝΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΙΦΥΛΗΙ ::
ΕΥΙΟΣΧΑΛΚΙΔΕΥΣΗΥΛΕΙ ΝΕΑΙΧΜΟΣΗΡΧΕΝ :: ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣΣΩΤΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

ΤΙΔΙ intulerunt. Stuart. ΦΥΛΕΙ et vs. 3. ΗΥΛΕ. Ibid. Le Roy ΣΩΤΟΣ, Stuart. impressus textus ΣΟΤΙΟΣ. Super hâc inscriptione fuit statua, quae nunc in Britanniâ est. Neaechmus archon Ol. 115, 1.

68.

Lapis est Pentelicus cum titulo Corp. Inscr. n. 93., in loco pagi Aexonae effossus. Apographum Boeckhio misit Niebuhrius.

ΦΙΛΑΤΟΣΧΡΕΜΗΤΟΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΟΙ
ΛΑΧΟΝΤΕΣΙΕΡΟΠΟΙΟΙΕΙΣΤΟΤΗΣΗΒΗ
ΣΙΕΡΟΝΔΙΚΑΙΩΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΩΣΕΙ
ΕΝΕΑΦΗΣΑΝΤΗΣΟΥΣΙΑΣΤΗΣΗΒΗΣΚ
ΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΕΔΕΙΑΥΤΟΥΣΘ
ΥΣΑΙΚΑΙΛΟΓΟΝΚΑΙΕΥΘΥΝΑΣΔΕΔΩΚ[Α]
ΕΙΝΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΑΥΤΩΝΕΚ[ΑΣ]ΤΟΝΘΑ
ΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙΑΝΤΙΧΑΡΙΝΤΟΝΝΑΥΣΩ
ΝΟΣΚΑΙΝΕΑΡΧΟΝΧΑΙΙΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΘΕΟΔΟΤΟΝΑΙΣΧΡΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΚΛΕΑ
ΧΑΛΛΙΦΩΝΤΟΣΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣΕΝΕΚΑΚ
ΑΙΦΙΛΩΤΙΜΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤΟΥΣΔΗΜΟΤΑ
ΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΝ
ΣΤΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΙΣΤΟΙΕ
ΡΟΝΤΗΣΗΒΗΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΟΝΤΟΝΕ..
ΑΝΕΔΙΗΙΧΜΟΝΑΡΧΟΝΤΑ
ΕΠΑΙΝΕΣΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΣΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΣ
ΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙ
ΕΚΑΣΤΟΝΑΥΤΩΝΚΙΜΩΝΑΜΕΓΑ
ΛΗΕΙΠΥΘΟΔΩΡΟΝΠΥΘΕΟΥΚΑΙΤΟΝ
ΚΗΡΥΚΑΧΑΡΙΚΛΕΑΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΕΝ
ΕΚΑΤΗΣΠΕΡΙΤΗΝΠΑΝΝΥΧΙΔΑΕΠΑΙ
ΝΕΣΑΙΔΕΚΑΙΤΗΝΙΕΡΕΙΑΝΤΗΣΗΒΗΣΚΑΙΤΗ
ΣΑΛΚΜΗΝΗΣΚΑΙΤΟΝΔΡΙΟΝΤΑΚΑΛΛΙ
ΣΘΕΝΗΝΝΑΥΣΩΝΟΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΕ
ΚΑΣΤΟΝΑΥΤΩΝΕΥΣΕΒΙΑΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΕΙ
ΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣΠΕΡΙΤΟΥΣΘΕΟΥΣΑΝΑΓΡ
ΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΝΣΤΗΛΗΙΛΙ
ΘΙΝΗΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΗΣΗΒΗΣ

Φιλα[ῖ]ος Χρέμητος εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ
λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβη-
ς ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτίμως ἐ[π-
εμελήθ]ησαν τῆς θυσίας τῆς Ἥβης κ-
αὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς [οἷς] ἔδει αὐτοὺς θ-
ῦσαι, καὶ λόγον καὶ εὐθύνας δεδώκ[α-
σιν, στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκ[ασ]τον θα-
λλοῦ στεφάνῳ, Ἀντιχάρ[η]ν τὸν Ναύσω-
νος καὶ Νέαρχον Χαιριγένους,
Θεόδοτον Αἴσχρωνος, Ἀριστοκλέα
[Κ]αλλιφῶντος, δικαιοσύνης ἕνεκα κ-
αὶ φιλ[ο]τιμίας τῆς εἰς τοὺς δημότα-
ς· ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐν
στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι εἰς τὸ ἱε-
ρὸν τῆς Ἥβης τὸν δήμαρχον τὸν [μετ-
ὰ Νέαιχμον ἄρχοντα.
Ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς σωφρονιστὰς
καὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ
ἕκαστον αὐτῶν, Κίμωνα Μεγα-
[κλέους], Πυθόδωρον Πυθέου καὶ τὸν
κήρυκα Χαρικλέα, φιλοτιμίας ἕν-
εκα τῆς περὶ τὴν παννυχίδα· ἐπαι-
νέσαι δὲ καὶ τὴν ἱέρειαν τῆς Ἥβης καὶ τῆ-
ς Ἀλκμήνης καὶ τὸν δρ[ῶ]ντα Καλλι-
σθένην Ναύσωνος, καὶ στεφανῶσαι ἕ-
καστον αὐτῶν εὐσεβείας καὶ φιλοτιμί-
ας ἕνεκα τῆς περὶ τοὺς θεούς· ἀναγρ-
άψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λι-
θίνῃ καὶ στῆσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥβης.

Decretum est Aexonensium. Eius inscriptio in sequentem annum praecipitur, unde dictum τὸν δήμαρχον τὸν μετὰ Νέαιχμον ἄρχοντα. Neaechmus archon fuit Ol. 115, 1. In eius nomine dele ductus HI, ut v. 9. in nomine Χαιριγένους et in ΔΡΙΟΝΤΑ v. 24. ductus I delendus est. Ἱεροποιοὶ non reipublicae nunc sunt, sed pagi. V. 4. 5. notanda duplex structura τῆς Ἥβης καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Nauson videtur idem esse qui C. Inscr. n. 93.

Alterâ decreti parte primum laudantur Sophronistae, gymnici alias magistratus, qui in pannychide, ne quid petulanter ageretur, curabant; pan-

nychis illa celebratur Iuventae, cui adiuncta socrus Alcmena (de templo Iuventae cf. C. Inscr. n. 93.). V. 24. verbum δρᾶν proprium est de mysticis sollemnibus peragendis.

69.

Marmor hymettium aëtomate exornatum. Fragmentum maius (inde a v. 15.) ab Elgino abductum in Museo Britannico est, Synops. n. 281. Edidit Chandl. Inscr. II. 12. p. 51. Raoul-Rochette Antt. Bosp. p. 212. Osann. Syll. I. p. 119-135. Alterum fragmentum, quod initium tituli vs. 1-15. continet, anno 1836 effossum in arce, a Rossio communicatum est cum M. H. E. Meiero (v. Diar. Archaeol. Hal. n. 10. 1836.). Marmor est *στοιχηδὸν* scriptum, ut tamen in versibus quibusdam, ut 18, neglecta ea ratio scribendi videatur.

[*Textum vide in pag.* 176-177. *interpositum*]

Ἐπὶ Δ]ιοτίμου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀντι[οχίδος ἑβδό]μης πρυτανείας, ᾗ Λυσίστρατο[ς Ἀριστομάχου] Παιανιεὺς ἐγραμμάτευεν, Γα[μηλιῶνος ἔνῃ καὶ] νέᾳ, ἐνάτῃ καὶ εἰ[κοσ]τῇ τῆ[ς πρυτανείας, ἐκκ]λησία, τῶν προέδρ[ων ἐπεψήφιστεν ....οσθένου Ξυπετ[αιὼν καὶ συμπρόεδροι· ἔδοξεν] τῷ δήμῳ· Ἀγύῤ[ῥιος Καλλιμέδοντος .... ιεὺς εἶπεν· Ἐπειδὴ [καὶ οἱ πρόγονοι τοῦ βασιλέως Σπαρτόκου χρείας [παρέσχοντο τῷ δήμῳ, καὶ ν]ῦν Σπάρτοκος πλ[είστην εὔνοιάν τε καὶ οἰκειότητα κοινῇ [τε τῇ πόλει ἀποδείκνυται καὶ ἰδίᾳ Ἀθ[ηναίων τοῖς παραγενομένοις πρὸς αὐτόν, ἀνθ' [ὧν καὶ τοὺς προγόνους καὶ αὐτὸν πολίτας ἐποιή[σατο ἡ πόλις, καὶ δὴ εἰκόσι χαλκ[α]ῖς ἔν τε τῇ [ἀγορᾷ καὶ] ἐν τῷ ἐμπορίῳ [καὶ ἄλλαις δωρεαῖς [ἐτίμα, αἷς δ]εῖ τιμᾶσθαι τοὺ[ς ἀγαθοὺς ἄνδ[ρας, καὶ ὑπέσχε]το, ἐάν τις βαδίζῃ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τ[ῶν προγόνων] αὐτοῦ ἢ τὴν Σπα[ρτόκου, βοηθ[εῖν πάσῃ δυνάμει] καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατ[ταν, καὶ Σπάρ]τοκος ἀφικομένης τῆς πρεσβεία[ς τῆς ἡμετέρας ἀκ]ούσας ὅτι ὁ δῆμος κεκόμιστ[αι τὸ ἄστυ, συνήσ]θη τοῖς εὐτυχήμασ[ι τοῦ δήμ]ο[υ καὶ ἐδίδ]ου δωρεὰν μυρίου[ς καὶ τρισχιλίους πυρῶν με]δίμνους, ἐπαγγέλλεται δ-

[*Continuatur. p.* 178.]

ΕΠΙΔ]ΙΟΤΙΜΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΤΗΣΑΝΤΙ[ΟΧΙΔΟΣΕ
ΒΔΟ]ΜΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΙΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟ[ΣΑΡΙΣΤΟΜΑ
ΧΟΥ]ΠΑΙΑΝΙΕΥΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΓΑ[ΜΗΛΙΩΝΟΣΕΝΕΙ
ΚΑΙ]ΝΕΑΙΕΝΑΤΗΙΚΑΙΕΙ[ΚΟΣ]ΤΗΙΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ
ΕΚΚ]ΛΗΣΙΑΤΩΝΠΡΟΕΔΡ[ΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ........
.. ΟΣΘΕΝΟΥΞΥΠΕΤ[ΑΙΩΝΚΑΙΣΥΜΠΡΟΕΔΡΟΙΕΔΟ
ΞΕΝ]ΤΩΙΔΗΜΩΙΑΓΥΡ[ΡΙΟΣΚΑΛΛΙΜΕΔΟΝΤΟΣ...
ΙΕΥΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗ[ΚΑΙΟΙΠΡΟΓΟΝΟΙΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΠΑΡΤΟΚΟΥΧΡΕΙΑΣ[ΠΑΡΕΣΧΟΝΤΟΤΩΙΔΗΜΩΙΚΑΙ
Ν]ΥΝΣΠΑΡΤΟΚΟΣΠΛ[ΕΙΣΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΤΕΚΑΙΟΙ
ΚΕΙΟΤΗΤΑΚΟΙΝΗΙ[ΤΕΤΗΙΠΟΛΕΙΑΠΟΔΕΙΚΝΥ
ΤΑΙΚΑΙΙΔΙΑΙΑΘ[ΗΝΑΙΩΝΤΟΙΣΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΙΣ
ΠΡΟΣΑΥΤΟΝΑΝΘΩΝΚΑΙΤΟΥΣΠΡΟΓΟΝΟΥΣΚΑΙΑΥΤΟΝ
ΠΟΛΙΤΑΣΕΠΟΙΗ[ΣΑΤΟΗΠΟΛΙΣΚΑΙΔΗΕΙΚΟΣΙΧΑΛ
ΚΛΙΣΕΝΤΕΤΗΙ[ΑΓΟΡΑΙΚΑΙ]ΕΝΤΩΙΕΜΠΟΡΙΩΙ[ΚΑΙ
ΑΛΛΑΙΣΔΩΡΕΑ[ΙΣΕΤΙΜΑΑΙΣΔ]ΕΙΤΙΜΑΣΘΑΙΤΟΥΣ
ΑΓΑΘΟΥ·ΣΑΝΔ[ΡΑΣΚΑΙΥΠΕΣΧΕ]ΤΟΕΑΝΤΙΣΒΑΔΙΞΕ[Ι
ΕΠΙΤΗΝΑΡΧΗΝΤ[ΗΝΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝ]ΑΥΤΟΥΗΤΗΝΣΠΑ[Ρ
ΤΟΚΟΥΒΟΗΘ[ΕΙΝΠΑΣΗΙΔΥΝΑΜΕΙ]ΚΑΙΚΑΤΑΓΗΝΚΑΙ
ΚΑΤΑΘΑΛΑΤ[ΤΑΝΚΑΙΣΠΑΡ]ΤΟΚΟΣΑ[Φ]ΙΚΟΜΕΝΗΣΤΗΣ
ΠΡΕΣΒΕΙΑ[ΣΤΗΣΗΜΕΤΕΡΑΣΑΚ]ΟΥΣΑΣΟΤΙΟΔΗΜΟΣ
ΚΕΚΟΜΙΣΤ[ΑΙΤΟΑΣΤΥΣΥΝΗΣ]ΘΗΤΟΙΣΕΥΤΥΧΗΜΑΣ[Ι
ΤΟΥΔΗΜ]Ο[ΥΚΑΙΕΔΙΔ]ΟΥΔΩΡΕΑΝΜΥΡΙΟΥ[ΣΚΑΙΤΡΙΣ
ΧΙΛΙΟΥΣΠΥΡΩΝΜΕ]ΔΙΜΝΟΥΣΕΠΑΝΓΕΛΛΕΤΑΙΔ
ΕΚΑΙΕΙΣΤΟΛΟΙΠΟΝΧΡ]ΕΙΑΝΠΑΡΕΞΕΣΘΑΙΤΩ[ΙΔΗΜ
ΩΙΑΓΑΘΟΝΠΟΙΩΝΠΑΝΟ]ΤΙΑΝΔΥΝΗΤΑΙΚΑΙΤΑΥ[ΤΕΠ
ΙΤΗΔΕΥΕΙΒΟΥΛΟΜΕΝ]ΟΣΔΙΑΦΥΛΑΤΤΕΙΝΤΗΝ[ΕΥΝΟ
ΙΑΝΤΗΝΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜ]ΟΝΤΗΝΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΗΝ[ΑΥΤ

ΩΙΠΑΡΑΤΩΝΠΡΟΓΟΝ]ΩΝΟΠΩΣΑΝΟΥΝΚΑΙΝΗΤΑΙ[ΟΔΗ
ΜΟΣΧΑΡΙΤΟΣΜΕΜΝΗ]ΜΕΝΟΣΠΡΟΣΤΟΥΣΕΥΝΟΥΣ[ΔΙΑ
ΤΟΥΕΜΠΡΟΣΘΕΝΧΡ]ΟΝΟΥΔΙΑΜΕΜΕΝΗΚΟΤΑΣΑΥ[ΤΩΙ
ΑΓΑΘΕΙΤΥΧΕΙΔΕ]ΔΟΧΘΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΕΠ[ΑΙΝΕΣΑΙΒ
ΑΣΙΛΕΑ]ΣΠΑΡΤΟΚΟΝΕΥΜΗΛΟΥ[ΚΑΙΣΤ
ΕΦΑΝΩ]ΣΑΙΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ[ΣΤΑΘ
ΜΟΝ..ΑΡΕΤΗΣ]ΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΗΝΕΧΩ[ΝΔΙΑΤΕ
ΛΕΙΠΡΟΣΤΟΝ]ΔΗΜΟΝΚΑΙΑΝΕΙΠΕΙΝΤΟΝΣΤΕ[ΦΑΝΟΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΩΝ]ΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣΕΝΤΩΙ[ΘΕΑΤΡ
ΩΙΤΗΣΔΕΠ]ΟΙΗΣΕΩΣΤΟΥΣΤΕΦΑΝΟΥΚΑΙΤΗΣΑ[ΝΑΓΟ
ΡΕΥΣΕΩ]ΣΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΤΟΥΣΕΠΙΤΗΙΔΙΟ[ΙΚΗΣΕ
ΙΣΤΗΣ]ΑΤΑΑΥΤΟΥΚΑΙΕΙΚΟΝΑΧΑΛΚΗΝΕΝΤΗ[ΙΑΓΟΡ
ΑΙΠΑΡ]ΑΤΟΥΣΠΡΟΓΟΝΟΥΣΚΑΙΕΤΕΡΑ[ΝΕΝΑΚΡΟΠΟΛ
ΕΙΟΠΩ]ΣΑΝΔΕΚΑΙΕΙΔΗΙΟΒΑΣΙΛΕΥΣΣΠΑΡΤ[ΟΚΟΣΤ
ΑΕΨΗΦ]ΙΣΜΕΝΑΤΩΙΔΗΜΩΙΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙΠΡΕ[ΣΒΕ
ΙΣΤΡ]ΕΣΑΝΔΡΑΣΕΞΑΘΗΝΑΙΩΝΑΠΑΝΤΩΝΟΙΤΙ[ΝΕΣΑΙ
ΡΕΘΕ]ΝΤΕΣΑΠΑΡΟΥΣΙΝΚΑΙΤΟΤΕΨΗΦΙΣΜΑΑΠ[ΟΔΩ
ΣΟΥ]ΣΙΝΚΑΙΑΠΑΝΓΕΛΟΥΣΙΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΗΝ[ΕΧΕΙ
ΠΡΟ]ΣΑΥΤΟΝΟΔΗΜΟΣΚΑΙΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙΝΑΥ[ΤΟΝΒ
ΟΗΘ]ΕΙΝΤΩΙΔΗΜΩΙΚΑΘΟΤΙΑΝΔΥΝΗΤΑΙΔΟΥ[ΝΑΙΔ
ΕΦΟ]ΔΙΑΤΩΝΠΡΕΣΒΕΙΩΝΕΚΑΣΤΩΙΤΟΤΕΤΑ[ΓΜΕΝ
ΟΝ]ΟΠΩΣΑΝΔΕΚΑΙΥΠΟΜΝΗΜΑΗΙΤΗΣΟΙΚΕΙΟ[ΤΗΤΟ
Σ]ΚΑΙΤΩΝΔΩΡΕΙΩΝΤΩΝΠΡΟΣΤΙΘΕΜΕΝΩΝΑΥ[ΤΩΙΠ
Ρ]ΟΣΤΑΙΣΥΠΑΡΧΟΥΣΑΙΣΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΝ[ΚΑΤΑ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑ[ΕΝΣΤ
ΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΑΚΡΟΠΟΛΕΙΤΟ[ΔΑΝ
ΑΛΩΜΑΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝΜΕΡΙΣΑΙΤΟΥΣΕΠΙΤΗΙ[ΔΙ
ΟΙΚΗΣΕΙ

ἐ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν χρ]είαν παρέξεσθαι τῷ [δήμῳ, ἀγαθὸν ποιῶν πᾶν ὅ]τι ἂν δύνηται, καὶ τοῦ[τ' ἐπιτηδεύει βουλόμεν]ος διαφυλάττειν τὴν [εὔνοιαν τὴν πρὸς τὸν δῆμ]ον τὴν παραδεδομένην [αὐτῷ παρὰ τῶν προγόν]ων· ὅπως ἂν οὖν [φ]αίνηται [ὁ δῆμος χάριτος μεμνη]μένος πρὸς τοὺς εὔνους [διὰ τοῦ ἔμπροσθεν χρ]όνου διαμεμενηκότας αὐ[τῷ, ἀγαθῇ τύχῃ, δε]δόχθαι τῷ δήμῳ ἐπ[αινέσαι βασιλέα] Σπάρτοκον Εὐμήλου [καὶ στεφανῶ]σαι χρυσέῳ στεφάνῳ [σταθμὸν .. ἀρετῆς] ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἣν ἔχω[ν διατελεῖ πρὸς τὸν] δῆμον, καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέ[φανον Διονυσίων] τῶν μεγάλων τραγῳδοῖς ἐν τῷ [θεάτρῳ· τῆς δὲ π]οιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀ]ναγορεύσεω]ς ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἐπὶ τῇ διο[ικήσει. στῆσ]αι δ' αὐτοῦ καὶ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῇ [ἀγορᾷ παρ]ὰ τοὺς προγόνους καὶ ἑτέρα[ν ἐν ἀκροπόλει. ὅπω]ς ἂν δὲ καὶ εἰδῇ ὁ βασιλεὺς Σπάρτ[οκος τὰ ἐψηφ]ισμένα τῷ δήμῳ, χειροτονῆσαι πρέ[σβεις τρ]εῖς ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, οἵτι[νες αἱρεθέ]ντες ἀπαροῦσιν καὶ τό τε ψήφισμα ἀπ[οδώσου]σιν καὶ ἀπαγγελοῦσι τὴν εὔνοιαν, ἣν [ἔχει πρὸ]ς αὐτὸν ὁ δῆμος, καὶ παρακαλοῦσιν αὐ[τὸν βοηθ]εῖν τῷ δήμῳ καθ' ὅ τι ἂν δύνηται. δοῦ[ναι δ' ἐφό]δια τῶν πρέσβεων ἑκάστῳ τὸ τετα[γμένον. ὅπως ἂν δὲ καὶ ὑπόμνημα ᾖ τῆς οἰκειό[τητος] καὶ τῶν δωρεῶν τῶν προστιθεμένων αὐ[τῷ πρ]ὸς ταῖς ὑπαρχούσαις, τὸν γραμματέα τὸν [κατὰ πρυτανείαν ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα [ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει· τὸ [δ' ἀνάλωμα τὸ γενόμενον μερίσαι τοὺς ἐπὶ τῇ [διοικήσει.

Decretum hoc honori Spartoci IV. Eumeli filii datum est, qui ab Ol. 119, 1. usque ad Ol. 124, 1. viginti annos Bospori rex fuit (v. Diod. XX. 25. 100.). Archon Diotimus est ex tempore quo fasti deficiunt, et pertinet ad Ol. 123, 3 - 124, 1. M. H. E. Meierus Archontem Diotimum Ol. 123, 3 ponendum defendebat (Diar. Archaeol. Hal. 1834. n. 31.). Neque impro-

babile illud est. Principium decreti a Rossio correctum est ex simili decreto de Audoleonte quod in idem tempus cadit (v. Meier. l. c.). Ex quo sequitur, Ol. 123, 3. septimae et duodecimae prytaniae eundem scribam fuisse.

Formulae eae sunt, quae in decretis Archonte Nicodoro Ol. 116, 3. (C. I. n. 105.) et Archonte Dionysio n. 71. scriptis, in quibus ὁ ἐπιψηφίζων est ex proëdris non contribulibus. cf. ad n. 71. Huius epistatae nomen in nostro titulo interiit. Patris antem nomen potuit esse Κλε]οσθένου, Αὐτ]οσθένου, Δημ]οσθένου. Cuius terminationis ratio nota est ex titulis post aetatem Alexandri M. exaratis. Cf. C. Inscr. n. 295. et n. 45. Agyrrhius ille videtur Callimedontis filius fuisse, qui a Comico Philemone († Ol. 129, 3.) nominatur. V. Athen. VIII, 340. *d.* Pagi eius nomen in ιεὺς pro multitudine litterarum potest esse Λουσ]ιεὺς, Εἰκαρ]ιεὺς, Ἑρικα]ιεὺς, Κηφεισ]ιεὺς, Παιαν]ιεὺς, Πρασ]ιεὺς, Στειρ]ιεὺς, Αἰγιλ]ιεὺς, Φηγα]ιεὺς, quod monuit iam Meierus l. c. — vs. 15. Τὸ ἐμπόριον Atticum esse iam certissimum est. — vs. 17. ΒΑΔΙΞΕ[Ι scriptum est more antiquo pro ΒΑΔΙΞΗ[Ι. — vs. 18. ΕΠΙΤΗΝΑΡΧΗΝΤ... .....ΝΑΥΤΟΥ Boeckh. suspicatur de alio regulo agi, fortasse propinquo Spartoci. Meierus τ[οῦ Παιρισάδου] supplebat. Nos aliter statuimus. Nam sponsio illa Atheniensium (ὑπέσχετο) non solum ad Spartoci tempora spectat, sed etiam ad ea, quae praecesserunt. Nostrae coniecturae τ[ῶν προγόνω]ν favet etiam littera Ν in fragmento Elginiano servata. — vs. 21. de voce πρεσβείας vid. Boeckh. in Add. I. p. 900. — Supplementa vs. 22., si comparaveris decretum de Audoleonte, vera esse intellexeris. — vs. 24. πυρῶν supplevit Boeckh. nam πυροὶ ποντικοὶ noti sunt. v. Dinarch. c. Demosth. p. 33. — vs. 39. ὁ ἐπὶ τῇ διοικήσει olim unus fuit; nunc plures sunt, mutatâ administrationis formâ unius negotiis ad plures translatis, cf. Oecon. civ. Ath. I. p. 185. — vs. 44. ΤΡΕΣ ex priscâ scripturâ pro ΤΡΕΙΣ. Tres legati saepe missi sunt. — vs. 49. πρεσβείων, et vs. 51. δωρειῶν lapsus quadratarii videtur esse, nisi ex dialectis formas φονειρὸς, ἐπιφανείστατος etc. n. 92. vel potius Πασικλείους, Αὐτοκλείους in titulis Ionicis inferioris aetatis, C. I. n. 2747. 2776. 2856. 2857. 2937. contuleris. — vs. 52. de prytanum scribâ v. Oecon. civ. Athen. I. p. 200. Ante Euclidem munus inscribendorum decretorum datur potius τῷ γραμματεῖ τῆς βουλῆς, neque in vetustioribus titulis γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν nominatur, ut verisimile sit, qui ante Euclidem γραμματεὺς τῆς βουλῆς audiat, posthac γραμματέα κατὰ πρυτανείαν nominari, quo distinguatur ab alio recens addito scribâ Senatus. — vs. 55. μερίσαι de distribuendâ et dispensandâ singulis pecuniâ in sumptus erogandâ dicitur. V. Oecon. civ. Ath. I. p. 185.

70.

In alta basi, quae exstructa est super zophoro monumenti Thrasyllei, ad statuae dextram. Edidit Cyriacus n. 69. Cf. eos, qui in lemmate ad n. 67. citantur.

ΟΔΗΜΟΣΕΧΟΡΗΓΕΙΠΥΘΑΡΑΤΟΣΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΘΡΑΣΥΚΛΗΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΣ

ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΠΡΟΝΟΜΟΣΘΗΒΑΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν,
ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς·

Ἱπποθωντὶς παίδων ἐνίκα,
Θέων Θηβαῖος ηὔλει,
Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκεν.

Titulus est agonisticus, quales plures habuimus, n. 64. 65. 67. Fundum lectionis constituit aerea Stuarti tabula. Cyr. Urs. Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ. Cyr. Stuart. ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ.

Pytharatus archon Ol. 127, 2. Deficientibus choregis populus nunc ipse tribui subvenit, ut C. Inscr. n. 226. v. Oecon. civ. Athen. I. p. 494. Thrasylli filius eius, qui monumentum n. 67. dicaverat, agonothetae munere fungebatur; cui populus hunc honorem tribuit, ut et hic tripus et alter (C. I. n. 226.) in paterno monumento collocaretur. Pronomus videtur ex posteris celebris illius tibicinis Pronomi esse, qui Ol. 99, 1. floruit (C. I. n. 215.).

71.

Marmor fastigium habet, in aëtomate est circulus, clypeum ut videtur repraesentans; in summo fastigio forma est protomae, sed sine vultu. Exstat in Museo Naniano. Titulum ex schedis Chisbulli Maffeianis edidit Corsin. Inscr. Att. IX. p. XXXVII sq. Deinde Biagi de decret. Athen. p. XVIII.

[*Textum vide pag. seq. interpositum*]

Ἐπὶ Διονυσίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ
Παράμονον ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος ἑ-
βδόμης πρυτανείας, ᾗ Λάμιος Τιμού-
χου Ῥαμνούσιος ἐγραμμάτευεν, Γα-
μηλιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου, ὀγδό-
ῃ τῆς πρυτανείας, βουλὴ ἐμ βουλευ-

ΕΠΙΔΙΟΝΥΣΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΤΟΥΜΕΤΑ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΝΕΠΙΤΗΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΕ
ΒΔΟΜΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΛΑΜΙΟΣΤΙΜΟΥ
ΧΟΥΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΓΑ
ΜΗΛΙΩΝΟΣΟΓΔΟΗΙΣΤΑΜΕΝΟΥΟΓΔΟ
ΗΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΒΟΥΛΗΕΜΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΩΙΤΩΝΠΡΟΕΔΡΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ
ΣΤΡΑΤΟΦΩΝΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣΣΟΥΝΙ
ΕΥΣΚΑΙΣΥΝΠΡΟΕΔΡΟΙ
ΕΔΟΞΕΝΤΕΙΒΟΥΛΕΙ
ΡΗΣΟΣΑΡΤΕΜΩΝΟΣΑΛΑΙΕΥΣΕΙΠΕΝ
ΕΠΕΙΔΗΠΡΟΣΟΔΟΝΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣΠΡΟΣ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝΔΙΟΓΝΗΤΟΣΕΞΟΙΟΥΤΑΜΙ
ΑΣΝΑΥΚΛΗΡΩΝΚΑΙΕΜΠΟΡΩΝΤΩΝΦΕ
ΡΟΝΤΩΝΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥ
ΞΕΝΙΟΥΕΜΦΑΝΙΖΕΙΤΕΙΒΟΥΛΕΙΒΟΥΛΕΣ
ΘΑΙΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΑΝΑΘΕΙΝΑΙΕΙΚΟΝΑΓΡΑ
ΠΤΗΝΕΝΟΠΛΩΤΟΥΕΑΥΤΩΝΠΡΟΞΕ
ΝΟΥΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΟΥΔΕΚΑΙΕΠΙΜΕ
Λ]ΗΤΟΥΕΠΙΤΟΝΛΙΜΕΝΑΔΙΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥΑΛΑΙΕΩΣΕΝΤΩΙΑΡΧΕΙΩΙΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΗΝΒΟΥ
ΛΗΝΕΠΙΚΥΡΩΣΑΙΕΑΥΤΩΙΨΗΦΙΣΜΑ
ΑΓΑΘΕ[Ι]ΤΥΧΕΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΕΙΒΟΥΛΕΙΕΠΙ
ΚΕΧΩ[Ρ]ΗΣΘΑ[Ι]ΔΙΟΓΝΗΤΩΚΑΙΤΗΣΥΝΟΔΩ
Π]Ο[Ι]ΗΣΑ[ΣΘ]ΑΙΤ[ΗΝ]ΑΝΑΘΕΣΙΝΤΗ[Σ]ΓΡΑ
ΠΤΗΣΕΙΚΟΝΟΣΕΝΟΠΛΩΔΙΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥΑΛΑΙΕΩΣΕΝΤΩΙΑΡΧΕΙΩΙΑΥ
ΤΟΥΚΑΘΑΠΕΡΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΗΝΒΟΥΛΗΝ

τηρίῳ· τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν
Στρατοφῶν Στρατοκλέους Σουνι-
εὺς καὶ συνπρόεδροι·
ἔδοξεν τῆ βουλῆ·
Ῥῆσος Ἀρτέμωνος Ἁλαιεὺς εἶπεν·
Ἐπειδὴ πρόσοδον ποιησάμενος πρὸς
τὴν βουλὴν Διόγνητος ἐξ Οἴου, ταμί-
ας ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων τῶν φε-

ρόντων τὴν σύνοδον τοῦ Διὸς τοῦ ξενίου, ἐμφανίζει τῇ βουλῇ βούλεσθαι τὴν σύνοδον ἀναθεῖναι εἰκόνα γραπτὴν ἐν ὅπλῳ τοῦ ἑαυτῶν προξένου, κεχειροτονημένου δὲ καὶ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα, Διοδώρου τοῦ Θεοφίλου Ἁλαιέως, ἐν τῷ ἀρχείῳ αὐτοῦ, καὶ διὰ ταῦτα παρακαλεῖ τὴν βουλὴν ἐπικυρῶσαι ἑαυτῷ ψήφισμα, ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῇ βουλῇ ἐπικεχωρῆσθαι Διογνήτῳ καὶ τῇ συνόδῳ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς γραπτῆς εἰκόνος ἐν ὅπλῳ Διοδώρου τοῦ Θεοφίλου Ἁλαιέως ἐν τῷ ἀρχείῳ αὐτοῦ, καθάπερ παρακαλεῖ τὴν βουλήν.

Cors. v. 9. καὶ οἱ συνπρόεδροι. Male. In vetustioribus titulis omnibus καὶ συμπρόεδροι dicitur sine articulo. V. Corp. Inscr. n. 112. 122. cf. n. 111. 96. 97. Inde a v. 21. Nanianum apographum incipit mutilum esse; sed succurrunt schedae Chish. unde conflata lectio est.

Decretum est Senatus; itaque additur βουλὴ ἐν βουλευτηρίῳ, non alio loco. Solemnis est nominativus βουλή, ut saepius ἐκκλησία in talibus titulis cf. Corp. Inscr. n. 105. 112. 113. 122. Σύνοδος collegium s. sodalitium, cultorum maxime alicuius dei (ἔρανος, θίασος). Haec σύνοδος fuit Iovis hospitalis, quem Athenis cultum aliunde non constat. Hanc qui deducunt mercatores et naucleri, ipsi aliud sodalitium constituunt. Quorum quaestor est Diognetus Atheniensis, proxenus Diodorus item Atheniensis. Atqui illi mercatores et naucleri sunt ii, qui in Delo versantur, sive Attici sive peregrini, sed maxime peregrini. Itaque quum ex Delo Athenas deducant synodum suam, Athenis habent proxenum, Diodorum, qui ἐπιμελητὴς ἐπὶ τὸν λιμένα κεχειροτονημένος est, cum ἐπιμελητῇ τοῦ ἐμπορίου conferendus, notante Schoemanno. Illi igitur proxeno suo in ἀρχείῳ i. e. in atticâ curiâ curatoris portus imaginem in tabulâ s. clypeo pictam reponi volunt. Petunt, ut decretum senatus ipsis ratum fieret et scriberetur (ἐπικυρῶσαι ἑαυτοῖς ψήφισμα). Et fit hoc Senatusconsulto concessio, quod verbo ἐπικεχωρῆσθαι exprimitur.

Qui verba facit, Senator est; qui quum Halaeensis sit, sicut is, pro quo decretum fit, verisimile est, amicitiae causa potissimum eum pro Diodoro dixisse.

Tempus, quo exaratus est hic titulus, duodecim est tribuum, quae Ol. 118,2. restitutae usque ad Hadrianum perdurarunt. Quo tempore congruunt prytaniae et menses. Prytania est septima mense septimo, Aeantidis; scriba (ὁ γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν), qui sorte creatur, quum non debeat esse τῆς φυλῆς τῆς πρυτανευούσης, sed ex aliâ tribu (cf. Corp. Inscr. n. 81.), Rhamnus illâ aetate non fuerit Aeantidis, sed alius tribus necesse est. Proëdrus s. epistata Suniensis est, vel Leontidis vel Attalidis, non contribulium. Scilicet olim et in senatu et in populo ἐπιψήφισιν fuisse epistatae prytanum, sed inde ab Ol. 118. (Boeckh. notante iam Ol. 109-111.) proëdri non contribulis demonstravit Schoemannus de comitiis (p. 89. sqq.); cf. C. Inscr. ad n. 90. et ad n. 111. — Archontes eius aetatis sunt, cuius fasti deficiunt, Ol. 145,3 - Ol. 155,3. Post Ol. 152. scriptus titulus Boeckhio videtur; *tum enim Delus a Romanis tradita Atheniensibus est,* (Dorvill. in Obss. Misc. Vol. VII. p. 44.) *qui eam etiam Antoninorum aetate teste Pausaniâ tenuerunt.*

§. 2. TITULI IONICI AEOLICI DORICI AB OLYMP. 94,2-158.

Exposuimus hâc paragrapho inscriptiones Ionicas (n. 72. 73.), Aeolicas (n. 74. 75.), Doricas (n. 76-87.), interpositâ laminâ aureâ Canopi repertâ, quae, ut par est, dialectum communem exhibet. Scilicet communis dialectus inde a Philippi et Alexandri Magni temporibus vulgata est; cf. Knight Prolegg. ad Hom. §. LXXXI. Et quantum ex iis, qui supersunt, titulis licet iudicare, Iones citius quam ceterae gentes Graeciae ad communem dialectum transierunt; cf. Giese de dial. aeol. p. 135. sq. Ionicae dialecti secundum variam terrarum incolarumque naturam quattuor fuerunt genera, Caricum, quo Milesii, Myusii, Prienenses utebantur, Lydium apud Ephesios, Colophonios, Lebedios, Teios, Clazomenios, Phocaeenses, Chium Chiis usurpatum et Erythraeis, quartum denique Samium (Herodot. I, 142.). Lydio vel Samio Ionismo Herodotus videtur usus esse, Cario Hippocrates, quo etiam logographi, qui ἀκράτῳ τῇ Ἰάδι usi esse dicuntur (Giese de dial. aeol. p. 150. sqq.). Sed quemadmodum dialectum Ionicam ex titulis parum cognoscimus, ita, generum illorum quae fuerit ratio, multo minus ex iis licet divinare. Nam qui ex Ol. 103-106. tituli sunt Mylasenses (n. 73.), modicum Ionismum referunt, ut comparari cum diris Teiorum (n. 46.) non possint; et ceterorum antiquiores aut communi dialecto concepti sunt, ut Iassensis (C. I. n. 2671.) ex aetate Alexandri M., aut formas quasdam ionicas, non dialectum praebent, ut ex Ol. 107-117. Panticapaeenses (C. I. n. 2117. 2118. 2119.) et Trallensis (ibid. n. 2919.). Ut consistamus in iis, qui diser-

tius aetatis indicium habent, communi dialecto scripti tituli hi sunt: C. I. n. 2105. 2106. 2120. Panticap. (Ol. 119-124.), n. 2852. Miles. (Ol. 123, 1.), n. 2155. Lemn. (circa Ol. 145.), n. 2144. Eretr. (c. Ol. 145.), n. 3045. Tei. (Ol. 146, 4.), n. 3067. 3068.¹ Tei. (Ol. 152. 4.). — Ceterum si in litteris publicis communem dialectum amplexi sunt Iones, inde non sequitur, etiam plebem linguâ suâ peculiari mature uti desiisse. Immo ex formis quibusdam Ionicis in linguâ Graecorum recentiorum retentis colligas gentes Ionicas diu suâ usas esse dialecto.

Plus nobis ad cognoscendas dialectorum varietates adiumenti attulerunt tituli aeolici. Nam aeolicae quoque dialecti pro variâ caeli temperie et gentium admistione varia genera exstiterunt, ut Thessalicum, Boeoticum, Peloponnesium, Lesbium vel Asianum, quo vulgo Grammatici dialectum Aeolicam intelligi volunt. Atque Eleam quidem Arcadicamque Aeolismi speciem in titulo Eleo (n. 24.) tenemus (cf. Strab. VIII. init.); a quâ plurimum discrepat dialectus Boeotica ipsâ vetustate insignis. Haec enim a Thessalicâ culta dialecto (Heraclid. Pont. ap. Athen. XIV. p. 624. C.) vetustissimae Graecorum linguae formas retinuit; quam dictionem numquam in agris abrogatam esse lingua Graecorum recentiorum arguit, quae multa et ad pronuntiationem illi similia et ad formas, nonnulla etiam ad syntaxin conservavit. Hic igitur Aeolismus Boeoticus, Thessalico affinis (cf. C. I. n. 1766. de quo titulo mira protulit Giese in libro de dial. aeol. p. 59 sq.) quantum discrepet a Lesbio, inscriptiones n. 74. 75. docebunt. Sed de Boeoticâ dialecto praeclare disputavit Boeckhius in Corp. Inscr. I. p. 718 sqq. quae non huius loci est persequi. Ex instituto nostro sufficit monere, in litteris Boeotos circa Olymp. 130-145. peculiari suâ dialecto uti desiisse (C. I. n. 1583. 1584.), Lesbios autem vel aetate Imperatorum Aeolismum suum videri diu conservasse (C. I. n. 2190.).

Non minus, quam in Ionico et Aeolico, Dorici sermonis varia fuisse genera statuendum est. Qui quum non eiusdem atque Aeolicus antiquitatis esse videatur, apud gentes quasdam etiam Aeolicum colorem traxit, ut apud Lacones et Cretenses (Giese de dial. aeol. p. 66.). Doricae dialecti optima monumenta sunt tabulae Heracleenses ex Olymp. 114., testamentum Theraeum (C. I. n. 2448.) secundo vel tertio ante Christum saeculo exaratum, denique plura decreta Cretica (ibid. n. 2554-2558. cf. infra n. 77. dein n. 3047-3051. 3012. 3053-3058.) quorum pars item secundo vel tertio ante Chr. saeculo assignari potest; quae autem ultima duodecim ex Teiis petita sunt, in his dialectus magnopere variat, licet omnia eiusdem aetatis, immo eiusdem

fere anni sint. In universum Dores in litteris publicis sero a dialecto suâ desciverunt, in usu quotidiano serissime. Messenios constat usque ad aetatem Pausaniae patriam dialectum conservasse (Pausan. IV, 27, 5. De Rhodiis cf. Sueton. Tib. 56.). Quamquam in his alios aliam normam secutos esse consentaneum est. Delphi in titulis post Olymp. 125. scriptis dialecto modice Doricâ usi sunt (n. 78. C. I. n. 1693.), neque aetate, quâ Romani in Graeciam intrarunt, formas doricas respuisse videntur (C. I. n. 1695.). Huc pertinent tituli de manumissione servorum (ibid. n. 1699-1709.[a]), qui eandem fere dialecti rationem prae se ferunt. Sed in decretis Amphictyonicis aetate Demosthenis dialectus vulgaris est (Demosth. de Coron. p. 278. 279.), ut C. I. n. 1689. 1689.[b] nisi quod potissimum in nominibus propriis quaedam ibi Dorica retenta sunt. Unde colligi potest, Amphictyones, quorum lex exstat (C. I. n. 1688.) dialecto satis Doricâ concepta, illâ aetate iam vulgari sermone usos esse. Et eandem quam plerique Delphici dialectum Calymniorum decretum refert (C. I. n. 2671.), aetate Alexandri M. exaratum, Locrensiumque tituli (n. 95. C. I. n. 1751. 1752. 1757.), qui primo vel secundo ante Chr. saeculo scripti videutur. Nec multum differt dialectus Megarensium post Olymp. 102, 2. et ante dominationem Romanam (C. I. n. 1052.), Aetolorum et Naupactiorum ex Olymp. 135-140. (n. 79. cf. C. I. n. 3046.), Acarnanum post Olymp. 140. (C. I. n. 1793.), Corcyraeorum circa Olymp. 140. (n. 80.), Calaureatarum (n. 82.). Rhodiorum circa Olymp. 140-155. (C. I. n. 2905.), Gytheatarum ex Olymp. 148, 2. (n. 83.). Spartanorum circa Olymp. 158. (C. I. n. 1331.), Theraeorum circa Olymp. 155. (n. 85.).

Mature vulgarem dialectum in litteris adoptarunt Cyprii (aetate Ptolemaei I. C. I. n. 2614.), Achaei (circa Olymp. 125-152. ibid. n. 1542. in quo vestigia quaedam sermonis Dorici supersunt), Halicarnassenses (secundo, ut videtur, ante Chr. saeculo, ibid. n. 2655.). Serius, opinor, Megarenses (C. I. n. 1053.) et Aeginetae, quorum habemus titulum modice Doricum ex anno a. Chr. $\frac{87}{86}$. (n. 92.); sed eâ aetate, quâ insulam suam tenebant dono Antonii Triumviri (Müller. Aegin. p. 193.), sermo iis Doricus abolitus videtur (C. I. n. 2143. 2138.[b]). Etiam diutius Byzantii certe colorem quendam Dorici sermonis retinuerunt (C. I. n. 2060. ex aetate Tiberii vel Caligulae, cf. Constantin. Porphyr. Them. I. p. 1452. in Meurs. opp.) et Rhodii (ibid. n. 2529. ex aetate Antoninorum). Atque aetate Imperatorum, quâ vulgaris fere dialectus regnat, ut ap. Cretenses (C. I. n. 2562. 2570 sq.), Theraeos (ibid. n. 2453 sq.), alios, tituli praesertim honorarii dialectum vulgarem dorismis quibusdam variatam praebent, ut Megarensium (ibid. n. 1069.), Spar-

tanorum (ibid. n. 1317. 1346-48.), Corcyraeorum (ibid. n. 1879. 1879.b 1880.), Argivorum (n. 114. C. I. n. 1123.), Theraeorum (ibid. n. 2452.), Astypalaeensium (ibid. n. 2495. 2496.) etc.

72.

Ex ruderibus Amphipolis. Ad fontem vici Yenikevi s. Neochorio prope Marmári s. Marmara, repperit Leakius et cum notis edidit in Walpol. Travels p. 510. Cf. Walpol. p. 521 sqq.

ΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΦΙ
ΛΩΝΑΚΑΙΣΤΡΑΤΟΚΛΕ
ΑΦΕΟΓΕΙΝΑΜΦΙΠΟΛΙ
[Ν]ΠΟΛΙΤΕΩΝΑΕΙΦΥΓ[Ι]
ΗΝΚΑΙΑΥΤΟΣΚΑΙΤΟΣ
ΠΑΙΔΑΣΚΑΙΗΜΠΟΤΑΛ[Ι]
ΣΚΩΝΤΑΙΠΑΣΧΕΙΝΑ[Υ]
ΤΟΣΩΣΠΟΛΕΜΙΟΣΚΑΙ
ΝΗΠΟΙΝΕΙΤΕΘΝΑΝΑΙ
ΤΑΔΕΧΡΗΜΑΤΑΥΤΩΝΔ
ΗΜΟΣΙΑΕΙΝΑΙΤΟΔΕΠ
ΙΔΕΚΑΤΟΝΙΡΟΝΤΟΥΑ
ΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΤΟΣΤΡ
ΥΜΟΝΟΣΤΟΣΔΕΠΡΟΣΤ
ΑΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΑΥΤ
ΟΣΕΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝ
ΗΝΔΕΤΙΣΤΟΨΗΦΙΣΜΑ
ΑΝΑΨΗΦΙΖΕΙΗΚΑΤΑΔ
ΕΧΕΤΑΙΤΟΥΤΟΣΤΕΧΝ
ΗΙΗΜΗΧΑΝΗΙΟ[Τ]ΕΩΙΟ[Υ]
Ν[Τ]ΑΧΡΗΜΑΤΑΥΤΟΔΗΜ
ΟΣΙΑΕΣΤΩΚΑΙΑΥΤΟΣ
ΦΕΟΓΕΤΩΑΜΦΙΠΟΛΙΝ
ΑΕΙΦΥΓΙΗΝ

Quam vs. 4. initio unius litterae lacunam notavit Leakius, eam litterâ Ν vs. 3. extr. ab illo positâ explevimus. Ad sententiam certe nihil excidit. Πολιτέων ἀειφυγίην coniungendum, quo Stratocles et Philo cives fuisse declarantur, non inquilini. Pro ΟΥ est Ο, excepto ΤΟΥ vs. 12. et ΟΥΤΟΣ vs. 19. Ε pro Η in coniunctivo vs. 18. 19. ex antiquo usu videtur resedisse.

Ἔδοξεν τῷ δήμῳ· Φίλωνα καὶ Στρατοκλέα φεόγειν Ἀμφίπολι[ν] πολιτέων ἀειφυγ[ί]ην καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ἤμ ποτ' ἀλ[ί]σκωνται, πάσχειν α[ὐ]τοὺς ὡς πολεμίους καὶ νηποινεὶ τεθνάναι. τὰ δὲ χρήματ' αὐτῶν δημόσια εἶναι, τὸ δ' ἐπιδέκατον ἱρὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τοῦ Στρυμόνος. τοὺς δὲ προστάτας ἀναγράψαι αὐτοὺς εἰς στήλην λιθίνην. ἂν δέ τις τὸ ψήφισμα ἀναψηφίζῃ ἢ καταδέχηται τούτους τέχνῃ ἢ μηχανῇ ὁ[τ]εῳο[ῦ]ν, [τ]ὰ χρήματ' αὐτοῦ δημόσια ἔστω καὶ αὐτὸς φεογέτω Ἀμφίπολιν ἀειφυγίην.

De Amphipoli Atheniensium coloniâ Olymp. 85, 4. deductâ v. Thucyd. IV, 102. Diod. XII, 32. c. interpret. Wessel. Unde facile colligas vel tum Iones potissimum fuisse, qui huic coloniae interfuerint. Sed praeterea Lacedaemonios, eiectis Atheniensibus, constat novos conscripsisse colonos (Philipp. ep. Demosth. adv. Phil. p. 164. extr.), ex proximis civitatibus Ionicis et pristinis incolis non Atticis collectos. Unde Ionismus, quem hic titulus refert, explicandus est. In quo notabilis est forma φεόγειν bis obvia (vs. 3. 23.), quam cum Ἐοπάμονος (p. Εὐπάμονος) in titulo colonorum Mileti n. 2121. comparavit Boeckhius. Nec sinit de veritate scripturae dubitare religiosa Leakii in titulis transscribendis diligentia. Stratocles, qui cum Philone exilio afficitur, Olymp. 105, 3. cum Hierace Athenas venerat de Amphipoli accipiendâ (Demosth. Olynth. I. p. 10. 11. cf. Harpocr. v. Ἱέραξ. Boeckh. Oecon. civ. Athen. II. p. 88.). Hunc, postquam captâ a Philippo urbe eius partes vicerunt, verisimile est eiectum esse, ut titulus circiter Olymp. 105, 4. positus videatur.

73.

Mylasis (Melasso in coemeterio Armeniorum), in eodem lapide repperit Cadalvene Francogallus. Boeckhio titulos misit Rochellus, qui postea publicavit in Monumentis ineditis.

[*Textum vide in pag. 188. 189. interpositum*]

a.

Ἔτει τριηκοστῷ καὶ ἐνάτῳ Ἀρταξέρξευς βασιλεύοντος, Μαυσσώλλου ἐξαιθραπεύοντος, ἔδοξε Μυλασεῦσιν ἐ[κκ]λησίης κυρίη[ς γ]ενομέ[ν]ης, καὶ ἐπ[ε]κύρωσαν αἱ τρεῖς φ[υ]λαί· ἐπει[δ]ὴ Ἀραΐσσις [Θ]υσσώλλου ἀποσταλεὶς ὑπὸ [Καρῶ]ν πρὸς βασιλέα [π]αρεπρ[έσ]βευσε καὶ ἐπεβούλευσε Μαυσσώλλῳ, ὄντι εὐεργέτῃ τῆς πόλεως τῆς Μυλασέων καὶ αὐτῷ καὶ τῷ [π]α[τρὶ] Ἑκατόμνῳ καὶ τοῖς προγόνοις τοῖς τούτων, καὶ βασιλεὺς ἀδικεῖν καταγνοὺς Ἀραΐσσιν ἐ[ζ]ημίωσε θανάτῳ,

 [*Continuatur p. 190.*]

a.
ΕΤΕΙΤΡΙΗΚΟΣΤΩΙΚΑΙΕΝΑΤΩΙΑΡΤΑΞΕΡΞΕΥΣΒΑΣΙΛΕΥ
ΟΝΤΟΣΜΑΥΣΣΩΛΛΟΥΕΞΑΙΘΡΑΠΕΥΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕ
ΜΥΛΑΣΕΥΣΙΝΕ[ΚΚ]ΛΗΣΙΗΣΚΥΡΙΗ[Γ]ΕΝΟΜΕ[Ν]ΗΣΚΑΙΕΠ[Ε
ΚΥΡΩΣΑΝΑΙΤΡΕΙΣΦΙΛΑΙΕΠΕΙΑΗΑΡΑΙΣΣΙΣΟΥΣΣΩΛΛΩΙ
ΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΥΠΟ. . . ΙΝΠΡΟΣΒΑΣΙΛΕΑΓΑΡΕΠΡΣ
ΒΕΥΣΕΚΑΙΕΠΕΒΟΥΛΕΥΣΕΜΑΥΣΣΩΛΛΩΙΟΝΤΙΕΥΕΡΓΕΤΗ[Ι
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΗΣΜΥΛΑΣΕΩΝΚΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΤΟΙΚΑΙ . . .
ΕΚΑΤΟΜΝΩΙΚΑΙΤΟΙΣΠΡΟΓΟΝΟΙΣΤΟΙΣΤΟΥΤΩΝΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΑΔΙΚΕΙΝΚΑΤΑΓΝΟΥΣΑΡΑΙΣΣΙΝΕΞΗΜΙΩΣΕΘΑΝΑΤΩΙ
Γ. . ΑΞΑΙΚΑΙΤΗΝΠΟΛΙΝΤΗΝΜΥΑΣΕΩΝΠΕΡΙΤΩΝ
ΚΤΗΜΑΤΩΝΕΚΕΙΝΟΥΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΟΥΣΠΑΤΡΙΟΥΣ
ΚΑΙΠΡΟΣΘΗΤΑΠΟΙΗΣΑΝΤΕΣΜΑΥΣΣΩΛΛΩΙΕΠΑΡΑΣ
ΕΠΟΙΗΣΑΝΤΟΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝΜΗΤΕΠΡΟΤΙΘΕΝΑΙΕΤΙ
ΠΑΡΑΤΑΥΤΑΜΗΔΕΝΑΜΗΤΕΕΠΙΨΕΦΙΞΕΙΝΕΙΔΕΤΙΣ
ΤΑΥΤΑΠΑΡΑΡΑΙΝΟΙΣΕΞΩΛΗΓΙΝΕΣΘΑΙΚΑΙΑΥΤΟΝ
ΚΑΙΤΟΥΣΕΚΕΙΝΟΥΠΑΝΤΑΣ

b.
ΕΤΕΙΤΕΤΡΩΚΟΣΤΩΙΚΑΙΩΜΠΤΩΙΑΡΤΑΞΕΡΞΕΥΣ
ΒΑΣΙΛΕΟΝΤΟΣΜΑΥΣΣΩΛΛΩΥΕΞΑΙΘΡΑΠΕΥΟΝΤΟΣ
ΕΔΟΞΕΜΥΛΑΣΕΥΣΙΕΚΚΛΗΣΙΗΣΚΥΡΙΗΣΠΕΝΟΜΕΝΗΣ
ΚΑΙΕΠΕΚΥΡΑΣΑΝΑΙΤΡΕΙΣΦΙΛΑΙΤΟΥΣΠΕΛΑΡΜΟΥΣ
ΠΑΙΔΑΣΠΑΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑΣΕΣΤΗΝΕΙΚΟΝΑ
ΤΗΝΕΚΑΤΟΜΝΩΑΝΔΡΟΣΠΟΛΛΑΚΑΙΑΓΑΘΑΠΟΙΗΣΑΝ
ΤΟΣΤΗΜΠΟΛΙΝΤΗΜΜΥΑΣΕΩΝΚΑΙΔΟΡΩΙΚΑΙΕΡΓΩΙ
ΑΔΙΚΕΙΝΚΑΙΤΑΙΕΡΑΑΝΑΘΗΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΠΟΛΙΝ
ΚΑΙΤΟΥΣΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΔΙΚΕΙΝΔΡ.ΑΙΑ
ΓΝΟΥΣΗΣΕΤΗΜΙΩΣΑΝΑΗΜΕΥΣΕΙΤΗΣΟΥΣΙΗΣΚΑΙΕΠΩ[ΛΗ
ΣΑΝΤΑΚΤΗΜΑΤΑΑΥΤΟΝΔΗΜΟΣΙΗΙΕΚΤΑΗΣΘΑΙΚΥΡΙΩΣ
ΤΟΙΣΠΡΙΑΜΕΝΟΙΣΚΑΙΕΠΑΡΑΣΕΠΟΙΗΣΑΝΤΟΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝ
ΜΗΤΕΠΡΩΤΙΘΗΝΑΙΜΗΤΕΕΠΙΨΗΦΙΞΕΙΝΜΗΔΕΝΑΕΙΔΕΤΙΣ
ΤΑΥΤΑΠΑΡΑΡΑΙΝΟΙΕΞΩΛΗΓΙΝΕΣΘΑΙΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙΤΟΥΣ
ΕΚΕΙΝΟΥΠΑΝΤΑΣ

c.

ΕΤΕΙΠΕΜΠΤΩΙΑΑΡΤΑΞΕΡΞΕΥΣΒΑΣΙΛΕΟΝΤΟΣ
ΜΑΥΣΣΩΛΛΩΥΕΞΑΙΘΡΑΠΕΥΟΝΤΟΣΜΑΝΙΤΑΤΟΥ
ΠΑΚΤΥΩΕΙΤΙΡΟΥΛΕΥΣΑΝΤΟΣΜΑΥΣΣΩΛΛΩΙΤΩΙΕΚΑΤΟΜΝ[Ω
ΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΛΑΜΒΡΑΥΝΔΟΥΘΥΣΙΗΣΕΝΙΑΥ
ΣΙΗΣΚΑΙΠΑΝΗΓΥΗΟΣΕΟΥΣΗΣΚΑΙΜΑΥΣΣΩΛΛΩΥΜΕΝ
ΣΩΘΕΝΤΟΣΣΥΝΤΩΙΔΙΙΜΑΝΙΤΑΔΕΑΥΤΟΥΤΗΝΔΙΚΗΝ
ΛΑΒΟΝΤΟΣΕΝΣΕΙΡΩΝΝΟΜΩΙΕΓΝΩΣΑΝΜΥΛΑΣΕΥΠΑΡΗ
ΝΟΜΗΜΕΝΟΥΤΟΥΙΕΡΟΥΚΑΙΜΑΥΣΣΩΛΛΩΥΤΟΥΕΥΕΡ
ΓΕΤΕΩΕΡΕΙΝΑΝΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙΕΙΤΙΣΚΑΙΑΛΛΟΣΜΕΤΕ[Σ
ΧΕΝΗΕΚΟΙΝΩΝΗΣΕΝΤΗΣΠΡΑΞΙΟΣΕΛΕΓΚΘΕΝΤΟΣΔΕ
ΚΑΙΘΥΣΣΟΥΤΟΥΣΥΣΚΩΚΑΙΚΡΙΘΕΝΤΟΣΣΥΝΑΔΙΚΕΙ[Ν
ΜΕΤΑΜΑΝΙΤΑΕΔΟΞΕΜΥΛΑΣΕΥΣΙΝΚΑΙΕΠΕΚΥΡΩΣΑΝ
ΑΙΤΡΕΙΣΦΥΛΑΙΤΑΜΑΝΙΤΑΤΟΥΠΑΚΤΙΩΚΑΙΘΥΣΣΟΥ
ΤΟΥΣΥΣΚΩΠΡΟΣΤΕΘΗΝΑΙΜΑΥΣΣΩΛΛΩΙΚΑΙΤΑ
ΚΤΗΜΑΤΑΕΠΟΛΙΣΕΝΗΠΟΛΙΣΔΗΜΟΣΙΗ[Ι]ΕΠΑΡΑΣ
ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΗΤΟΥΤΩΝΤΑΣΩΝΑΣΤΟΙΣΠΡΙΑΜΕΝΟΙΣ
ΚΥΡΙΑΣΕΙΝΑΙΚΑΙΜΗΤΕΠΡΟΤΙΘΕΝΑΙΜΗΤΕΕΠΙΨΗΦΙΞΕΙΝ
ΜΗΔΕΝΑΕΙΔΕΤΙΣΤΑΥΤΑΠΑΡΑΒΑΙΝΟΙΕΞΩΛΗΓΙΝΕ
ΣΘΑΙΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙΤΟΥΣΕΚΕΙΝΟΥΠΑΝΤΑΣ

[πρ]ᾶξαι καὶ τὴν πόλιν τὴν Μυ[λ]ασέων περὶ τῶν κτημάτων ἐκείνου κατὰ τοὺς νόμους τοὺς πατρίους· καὶ πρόσθ[ε]τα ποιήσαντες Μαυσσώλλῳ ἐπάρας· ἐποιήσαντο περὶ τούτων μήτε προτιθέναι ἔτι παρὰ ταῦτα μηδένα μήτε ἐπιψηφί[ζ]ειν· εἰ δέ τις ταῦτα παρα[β]αίνοι, ἐξώλη γίνεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου πάντας.

b.

Ἔτει τετρωκοστῷ καὶ [πέ]μπτῳ Ἀρταξέρξευς βασιλεύοντος, Μαυσσώλλου ἐξαιθραπεύοντος, ἔδοξε Μυλασεῦσιν ἐκκλησίης κυρίης γενομένης, καὶ ἐπεκύρ[ω]σαν αἱ τρεῖς φυλαί· τοὺς Πελάρμω παῖδας παρανομήσαντας ἐς τὴν εἰκόνα τὴν Ἑκατόμνω, ἀνδρὸς πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ποιήσαντος τὴμ πόλιν τὴμ Μυ[λ]ασέων καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἀδικεῖν καὶ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα καὶ τὴμ πόλιν καὶ τοὺς εὐεργέτας τῆς πόλεως· ἀδικεῖν δὲ [κ]α[τ]αγνόντ[ε]ς ἐ[ζ]ημίωσαν δημεύσει τῆς οὐσίης καὶ ἐπώ[λη]σαν τὰ κτήματα αὐτῶν δημοσίῃ ἐκτῆσθαι κυρίως τοῖς πριαμένοις· καὶ ἐπάρας ἐποιήσαντο περὶ τούτων μήτε προτιθέναι μήτε ἐπιψηφί[ζ]ειν μηδένα· εἰ δέ τις ταῦτα παραβαίνοι, ἐξώλη γίνεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου πάντας.

c.

Ἔτει πέμπτῳ Ἀρταξέρξευς βασιλεύοντος, Μαυσσώλλου ἐξαιθραπεύοντος· Μανίτα τοῦ Πακτύω ἐ[π]ιβουλεύσαντος Μαυσσώλλῳ τῷ Ἑκατόμνω ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Λαμβραύνδου, θυσίης ἐνιαυσίης καὶ πανηγύριος ἐούσης, καὶ Μαυσσώλλου μὲν σωθέντος σὺν τῷ Διΐ, Μανίτα δὲ αὐτοῦ τὴν δίκην λαβόντος ἐν χειρῶν νόμῳ, ἔγνωσαν Μυλασε[ῖς] παρηνομημένου τοῦ ἱεροῦ καὶ Μαυσσώλλου τοῦ εὐεργέτεω ἔρευναν ποιήσασθαι, εἴ τις καὶ ἄλλος μετέ[σ]χεν ἢ ἐκοινώνησεν τῆς πρήξιος. ἐλεγ[χ]θέντος δὲ καὶ Θύσσου τοῦ Σύσκω καὶ κριθέντος συναδικεῖ[ν] μετὰ Μανίτα, ἔδοξε Μυλασεῦσιν καὶ ἐπεκύρωσαν αἱ τρεῖς φυλαί· τὰ Μανίτα τοῦ Πακτύω καὶ Θύσσου

τοῦ Ξύσκω προστεθῆναι Μαυσσώλλῳ· καὶ τὰ κτήματα ἐπώλησεν ἡ πόλις δημοσίῃ ἐπάρας ποιησαμένη τούτων τὰς ὠνὰς τοῖς πριαμένοις κυρίας εἶναι καὶ μήτε προτιθέναι μήτε ἐπιψηφί[ζ]ειν μηδένα· εἰ δέ τις ταῦτα παραβαίνοι, ἐξώλη γίνεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου πάντας.

Decreta sunt Mylasensium, ex quibus patet etiam sub dynastis populo Mylasensium potestatem fuisse, ut de ceteris rebus statuendi, ita de bonis civium publicandis; cf. Corp. Inscr. n. 2919. De capite malefici Persarum rex decernit (tit. *a*). Aetas horum titulorum definiri accurate potest. Tit. *a.* scriptus est Artaxerxis II. Mnemonis a. 39., qui ex fide Canonis regum incidit in annum ep. Nabon. 382. incipientem Novembri a. a. Chr. 367. (Ol. 103, 2.). Tit. *b.* anno eiusdem regis 45., qui ex fide Canonis incidit in annum ep. Nabon. 388. incipientem Novembri a. a. Chr. 361. (Ol. 104, 4.). Tit. *c.* denique scriptus est Artaxerxis III. Ochi a. 5. qui ex fide Canonis incidit in annum ep. Nabon. 394. incipientem Novembri a. a. Chr. 355. (Ol. 106, 2.). De Mausolo, quem his annis regnasse in Cariâ constat, v. Clinton. F. H. I. p. 298. ed. Krüger.

Iam quod placuit populo, tres tribus confirmant (ἐπεκύρωσαν αἱ τρεῖς φυλαί); quas diversas esse a Mylasensibus consentaneum est. Mylasis urbana tribus fuit. Rusticas tribus duas cognoscimus, unam Ταρκονδαρέων (C. Incr. n. 2694. et 2697.), alteram Ὀτωρκονδέων (ib. n. 2694. 2693.*). His si additur tertia Λαμβραυνδέων s. Λαβρανδέων, quam verisimile est fuisse, habemus tres rusticas Mylasensium tribus, quae nostris in titulis intelliguntur. Nempe vici sunt Ταρκόνδαρα, Ὀτώρκονδα, Λάβρανδα, quae terminatio solemnis est in nominibus Caricis. Tit. *c.* vs. 4. Λαμβραύνδου scriptum est pro Λαβραύνδου, quae forma usitatior est, ex voce Lydiâ λάβρυς (bipennis Plut. Qu. Gr. c. 45.) nata; cf. C. Inscr. n. 2750. Nomen regis Persici nunc flexum est Ἀρταξέρξευς pro Ἀρταξέρξους, et hoc pro vulgari Ἀρταξέρξου; cf. de hoc nomine C. I. n. 2919. Mausolus constanter scribitur Μαύσσωλλος, ut in nummis. Quod ter habetur ἐξαιθραπεύοντος pro σατραπεύοντος, ex dialecto Persicâ eiusque pronuntiatione explicandum est. Etiam C. Inscr. n. 2919. ἐξσατραπεύειν dicitur pro σατραπεύειν, et a Theopompo ap. Phot. bibl. cod. 146. ex vett. edd. et cod. C. ap. Bekk. ἐξατράπης scribitur pro σατράπης, unde ΕΞ pro Σ confirmatur. In explicando Θ pro Τ ante Ρ Boeckh. ad usum linguae Zendicae redit (Bopp. Gramm. compar. Sanscr. Zend. etc. p. 37.). Ceterum nomen ipsum Persicum est (de Bohlen orig. ling. Zend. p. 53 sq. Pottii etymol. Forsch. auf dem Gebiete der

Indo-Germ. Spr. p. LXVIII.), quod quomodo in linguâ Caricâ pronuntiatum sit, non est huius loci inquirere.

Tit. *a.* Araissis bona Mausolo simpliciter adiudicantur (πρόσϑετα); tit. *c.* bona Manita et Thyssi et adiudicantur Mausolo et publice venduntur, ut pretium tantum redeat ad Mausolum; in utrâque causa Mausolo adiudicantur, quod ipse laesus erat; sed in tit. *b.*, bona publicata cedunt in civitatem, quod Mausolus non ipse laesus erat, sed respublica.

Variae lectiones, quas schedae Anthimi Boeckhio per Ludov. Rossium transmissae praebuerunt (Corp. Inscr. II. p. 473.), maximam partem in ordinem verborum receptae sunt. Sunt autem hae:

Tit. *a.* vs. 3. ΜΥΛΑΣΕΥΣΙΝ (Ν pro Η); vs. 4. ΟΥΣΣΩΛΟΥ et deinceps integer versus, qui in altero apographo omissus erat:

ΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΥΠΟ . . . ΙΝΠΡΟΣΒΑΣΙΛΕΑΓΑΡΕΠΡΣ

Scripsimus Θυσσώλου, quod nomen videtur esse simile illi Θύσσος in tit. *c.* vs. 11. 13. formatum ut Μαύσσωλος. Deinde cum Boeckhio dedimus ὑπὸ [Καρῶ]ν. Vs. 7. ΚΑΙΤΩΙ.Α . . . unde coniectura Boeckhii καὶ τῷ πατρὶ confirmata est. Vs. 8. ΤΟΥΤΩΝ, vs. 12. ΠΡΟΣΟΕΤΑ, vs. 14. ΕΠΙΨΗΦΙΣΕΙΝ, vs. 15. ΠΑΡΑΒΑΙΝΗΤΩΔΗΓΙΝ etc.

Tit. *b.* vs. 2. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ et ΜΑΥΣΣΩΛΛΟΥ, vs. 3. ΜΥΛΑΣΕΥΣΙΝ et ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ, vs. 4. ΦΥΛΑΙΤΟΥΣΠΕΛΔΕΜΩ, unde fecimus genitivum ΠΕΛΑΡΜΩ, qualis saepius in his titulis reperitur, ut Θύσσω, Σύσκω, Πακτύω. Vs. 7. ΛΟΓΩΙ, vs. 9. ΔΕΚΑΤΑ, vs. 10. init. ΓΝΟΝΤΑΣ pro ΓΝΟΥΣΗΣ, unde reposuimus καταγνόντες, quod voluit etiam Boeckh. Vs. 10. ΔΗΜΕΥΣΕΙ, vs. 11. ΑΥΤΩΝΔΗΜΟΣΙΗΕΚΤΗΣΘΑΙ etc., vs. 13. ΠΡΟΤΙΘΕΝΑΙ et ΕΠΙΨΗΦΙΣΕΙΝ, vs. 14. ΠΑΡΑΒΑΙΝΟΙ.

Tit. *c.* vs. 1. ΠΕΜΠΤΩΙΑΡΤΑΞΕΡΞΕΙΣΒΑΣΙΛΕΥΣΟΝΤΟΣ, vs. 2. ΜΑΥΣΣΩΛΛΟΥ, vs. 3. ΠΑΚΤΥΩ..ΒΟΥΛ etc. et in fine ΜΝΩ. Vs. 5. ΠΑΝΗΓΥΡΙΟΣ et ΜΑΥΣΩΛΛΟΥ, vs. 7. ΧΕΙΡΩΝ. De formulâ ἐν χειρῶν νόμῳ (in pugnâ) cf. Herodot. VIII, 89. et interpr. Vs. 8. ΜΑΥΣΣΩΛΛΟΥ, vs. 9. ΕΡΕΥΝΑΝ et in fine ΜΕΤΕΡ, vs. 13. ΠΑΚΤΥΩ, vs. 15. ΕΠΩΛΗΣΕΝ, vs. 17. ΕΠΙΨΗΦΙΣΕΙΝ.

74.

Lapidem in Britanniam detulit Elginus. Viscont. Cat. Elg. p. 155. n. 44. Nunc est in Brit. Mus. Synops. n. 177. In dextero latere contiguo pauca supersunt nomina prope exesa. Titulum ed. Meletius Geogr. p. 342. ed. Venet. 1728. Byron. Childe Harolds Pilgrim. p. 290 sq. Clark. Itin. II. S. III. p. 152 sq. c. not. Walpol. Alt. edit. VII. p. 190. Boeckh. Oecon.

civ. Athen. II. p. 355 sqq. Walpol. Mem. p. 469 sqq. Travels p. 598 sqq. Rochett. Dissert. archaeol. p. 91 sqq. cf. Diar. class. XVI. p. 392 sq. Postremo Osann. Syll. I. 66. p. 179 sqq. Rosius Inscr. p. 263 sqq. cf. ibid. Prolegg. p. LIII.

a.

A. ΘΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕ
ΙΛΟΥΘΙΩΑΡΧΙΑΡΟΣΕΥΜΕΙΛΩΤΑΜΙ
ΑΣΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΧΡΙ
ΟΣΑΓΕΔΩΚΑΑΓΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑΦΩ
ΓΕΔΑΤΩΝΓΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝ
ΚΑΤΟΓΤΑΩΝΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣ
ΣΟΥΓΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΓΑΡΕΥ
ΦΡΟΝΑΚΗΦΙΔΙΑΝΚΗΓΑΣΙΚΛΕΙΝ
ΚΗΤΙΜΟΜΕΙΛΟΝΦΩΚΕΙΑΣΚΗΔΑΜΟ
ΤΕΛΕΙΝΛΥΣΙΔΑΜΩΚΗΔΙΩΝΥΣΙΟΝ
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙΑΚΑΤΤΟΨΑ
ΦΙΣΜΑΤΩΔΑΜΩ ΜΠΨΓΕϜ▷III

B. ΘΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΑΛΑΛ
ΚΟΜΕΝΙΩϜΑΡΝΩΝΓΟΛΥΚΛΕΙΟΣ
ΤΑΜΙΑΣΑΓΕΔΩΚΕΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕ
ΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΑΓΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑ
ΦΩΤΟΚΑΤΑΛΥΓΟΝΚΑΤΤΟΨΑΦΙΣΜΑ
ΤΩΔΑΜΩΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣΣΟΥΓ
ΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΓΑΡΣΩΦΙ
ΛΟΝΚΗΕΥΦΡΟΝΑΦΩΚΕΙΑΣΚΗΠΑΡ
ΔΙΩΝΥΣΙΟΝΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙ
ΑΚΗΛΥΣΙΔΑΜΟΝΔΑΜΟΤΕΛΙΟΣΓΕ
ΔΑΤΩΝΓΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝΚΑΤΟ
ΓΤΑΩΝ Π ΠΕ ΗΕ ΗΕ ΗΕ ▷▷IIIOH

C. ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΕΡΧΟΜΕΝΥΘΥΝΑΡΧΩΜΕΙ
ΝΟΣΑΛΑΛΚΟΜΕΝΙΩΕΝΔΕϜΕΛΑΤΙΗΜΕ
ΝΟΙΤΑΟΑΡΧΕΛΑΩΜΕΙΝΟΣΓΡΑΤΩΟΜΟ
ΛΟΓΑΕΥΒΩΛΥϜΕΛΑΤΙΗΥΚΗΤΗΓΟΛΙΕΡ
ΧΟΜΕΝΙΩΝΕΓΙΔΕΙΚΕΚΟΜΙΣΤΗΕΥΒΩ
ΛΟΣΓΑΡΤΑΣΓΟΛΙΟΣΤΟΔΑΝΕΙΟΝΑΓΑΝ
ΚΑΤΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΤΑΣΤΕΘΕΙΣΑΣΘΥ
ΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕΙΛΟΥΘΙΩ
ΚΗΟΥΤΟΦΕΙΛΕΤΗΑΥΤΥΕΤΙΟΥΘΕΝΓΑΡΤΑΝ

ΠΟΛΙΝΑΛΛΑΠΕΧΙΠΑΝΤΑΠΕΡΙΠΑΝΤΟΣ
ΚΗΑΠΟΔΕΔΟΑΝΘΙΤΗΠΟΛΙΤΥΕΧΟΝΤΕΣ
ΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΕΙΜΕΝΠΟΤΙΔΕΔΟΜΕ
ΝΟΝΧΡΟΝΟΝΕΥΒΩΛΥΕΠΙΝΟΜΙΑΣFΕΤΙΑ
ΠΕΤΤΑΡΑΒΟΥΕΣΣΙΣΟΥΝΙΠΠΥΣΔΙΑΚΑ
ΤΙΗΣFΙΚΑΤΙΠΡΟΒΑΤΥΣΣΟΥΝΗΓΥΣΧΕΙ
ΛΙΗΣΑΡΧΙΤΩΧΡΟΝΩΟΕΝΙΑΥΤΟΣΟΜΕΤΑ
ΘΥΝΑΡΧΟΝΑΡΧΟΝΤΑΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣΑΠΟ
ΓΡΑΦΕΣΘΗΔΕΕΥΒΩΛΟΝΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΕΚΑΣΤΟΝΠΑΡΤΟΝΤΑΜΙΑΝΚΗΤΟΝΝΟΜΩ
ΝΑΝΤΑΤΕΚΑΥΜΑΤΑΤΩΝΠΡΟΒΑΤΩΝΚΗ
ΤΑΝΗΓΩΝΚΗΤΑΝΒΟΥΩΝΚΗΤΑΝΙΠΠΩΝΚΗ
ΚΑΤΙΝΑΑΣΑΜΑΙΩΝΘΙΚΗΤΟΠΛΕΙΘΟΣΜΕΙ
ΑΠΟΓΡΑΦΕΣΘΩΔΕΠΛΙΟΝΑΤΩΝΓΕΓΡΑΜ
ΜΕΝΩΝΕΝΤΗΣΟΥΓΧΩΡΕΙΣΙΗΔΕΚΑΤΙΣ
....ΤΗΤΟΕΝΝΟΜΙΟΝΕΥΒΩΛΟΝΟΦΕΙΛΕΙ
......ΛΙΣΤΩΝΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝΑΡΓΟΥΡΙΩ
....ΠΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΥΒΩΛΥΚΑΘΕΚΑΣ
ΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΚΗΤΟΚΟΝΦΕΡΕΤΩΔΡΑ..
.....ΤΑΣΜΝΑΣΕΚΑΣΤΑΣΚΑΤΑΜΕΙΝΑ
....ΤΟΝΚΗΕΜΠΡΑΚΤΟΣΕΣΤΩΕΥΒΩ..
ΤΟΝΕΡΧΟΜΕΝΙΟΝ........

b.

ΑΝΙΣΙΩΝ
ΛΑΦΟΒΟΛΙ
ΙΑΟ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟ
ΣΤΕΑΟ
ΣΩΝΛΟΥΣΙ
ΑΤΙΟΣ
ΑΝΘΙΠΠΟΣ
ΟΣΟΤΟ
ΘΙΟΔΩΡΟ
ΞΕΝΟΣ
ΟΝΟΣ

a.

A. Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω, Ἀρχίαρος Εὐμείλω ταμίας Εὐβώλυ Ἀρχεδάμω Φωκεῦ χρίος ἀπέδωκα ἀπὸ τᾶς σουγγράφω πεδὰ τῶν πολεμάρχων κὴ τῶν κατοπτάων, ἀνελόμενος τὰς σουγγράφως τὺς κιμένας παρ' Εὔφρονα κὴ Φιδίαν κὴ Πασίκλειν κὴ Τιμόμειλον Φωκείας κὴ Δαμοτέλειν Λυσιδάμω κὴ Διωνύσιον Καφισοδώρω Χηρωνεία καττὸ ψάφισμα τῶ δάμω ΜΠΨ[ΗΕΡ]▷III

B. Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Ἀλαλ-
κομενίω Ϝάρνων Πολυκλεῖος
ταμίας ἀπέδωκε Εὐβώλυ Ἀρχε-
δάμω Φωκεῖ ἀπὸ τᾶς σουγγρα-
φω τὸ κατάλυπον καττὸ ψάφισμα
τῶ δάμω, ἀνελόμενος τὰς σουγ-
γράφως τὰς κιμένας πὰρ Σώφι-
λον κὴ Εὔφρονα Φωκείας κὴ πὰρ
Διωνύσιον Καφισοδώρω Χηρωνεῖ-
α κὴ Λυσίδαμον Δαμοτέλιος πε-
δὰ τῶν πολεμάρχων κὴ τῶν κατο-
πτάων ΠΠΗΕΗΕΗΕΗΕΔΔΙΙΙΟΗ

C. Ἄρχοντος ἐν Ἐρχομενῦ Θυνάρχω, μεῖ-
νος Ἀλαλκομενίω, ἐν δὲ Ϝελατίη Με-
νείταο Ἀρχελάω, μεῖνος πράτω, ὁμο-
λογ[ί]α Εὐβώλυ Ϝελατιήϋ κὴ τῆ πόλι Ἐρ-
χομενίων· Ἐπιδεὶ κεκόμιστη Εὔβω-
λος πὰρ τᾶς πόλιος τὸ δάνειον ἅπαν
καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυ-
νάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω,
κὴ οὔτ' ὀφείλετη αὔτυ ἔτι οὐθὲν πὰρ τὰν
πόλιν, ἀλλ' ἀπέχι πάντα περὶ πάντος,
κὴ ἀποδεδόανθι τῆ πόλι τὺ ἔχοντες
τὰς ὁμολογίας, εἶμεν ποτιδεδομέ-
νον χρόνον Εὐβώλυ ἐπινομίας ϝέτια
πέτταρα βούεσσι σοὺν ἵππυς διακα-
τίης ϝίκατι, προβάτυς σοὺν ἥγυς χει-
λίης. ἄρχι τῶ χρόνω ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ
Θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίυς. ἀπο-
γράφεσθη δὲ Εὔβωλον κατ' ἐνίαυτον
ἕκαστον πὰρ τὸν ταμίαν κὴ τὸν νομώ-
ναν τά τε καύματα τῶν προβάτων κὴ
τᾶν ἥγων κὴ τᾶν βούων κὴ τᾶν ἵππων, κἤ
κά τινα ἄσαμα ἴωνθι, κὴ τὸ πλεῖθος. μεὶ
ἀπογραφέσθω δὲ πλίονα τῶν γεγραμ-
μένων ἐν τῆ σουγχωρείσι. ἠ δέ κά τις

πράτ]τη τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον, ὀφειλέ[τ-
ω ἁ πό]λις τῶν Ἐρχομενίων ἀργουρίω
μνᾶς] πετταράκοντα Εὐβώλυ καθ᾽ ἕκαστ-
τον ἐνίαυτον, κὴ τόκον φερέτω δρά[χμα-
ς δεύω] τᾶς μνᾶς ἑκάστας κατὰ μεῖνα
ἕκαστ]τον, κὴ ἔμπρακτος ἔστω Εὐβ[ώλυ ἁ
πόλις] τ[ῶ]ν Ἐρχομενί[ω]ν . . . .

Pactum est inter Eubulum Phocensem et Orchomenios tripartitum. Eubulus, cui usus concessus erat pascuorum Orchomeniorum, quae in montibus fuisse Phocidem inter et Orchomenum ex Pausan. IX, 39. coniicit Boeckhius, pecuniam mutuam Orchomeniis dederat, de quâ reddendâ mense Theluthio inter debitorem et creditorem conventum esse principium partis tertiae docet. Non ex primitivâ syngraphae constitutione, sed ex peculiari conventione facta solutio est. Itaque videtur caput prius solutum esse quam pro syngraphâ. Iam vero Eubulus quum ius pascui vellet retinere, Boeckhio iudice, in reddendo mutuo remisisse aliquid de capite usurisque debitis putandus est, eâ conditione, ut debitum pro exsoluto haberetur et delerentur syngraphae, sed ipsi ius pascui prorogaretur (*εἶμεν ποτιδεδομένον χρόνον Εὐβώλυ ἐπινομίας Ϝέτια πέτταρα*, part. III.). Id videri debet esse constitutum conventione eâ, quae facta est mense Theluthio (*καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖτας Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω*, part. III.), ut maior pars capitis eodem mense (Theluthio) solveretur, minor mense Alalcomenio (v. part. I. et II.), deinde ut de debito remitteretur aliquid, sed pro eo Eubulo ius pascui prorogaretur. Neque obsunt verba *κεκόμιστη Εὔβωλος τὸ δάνειον ἅπαν*; nam additur *καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖτας Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω.* Hoc igitur pactum continetur parte tertiâ, ubi pascuorum usus in quattuor integros annos sine vectigali conceditur simulque pronuntiatur, siquis ab Eubulo exegerit vectigal pascuarium (*ἐννόμιον*), civitatem Orchomeniorum pro anno Eubulo XL minas debituram esse et pro iis usuras pensuram. Quae liberalitas tanta est, ut, nisi eam interpretationem amplectaris, quam a Boeckhio excogitatam paullo ante exposuimus, intelligere non possis, cur Orchomeniorum civitas tam impense caverit, ne vectigal pascuarium ab Eubulo exigeretur.

Orchomenus deleta iacuit inde ab Ol. 103, 2. (Diod. XV, 79. Pausan. IX, 37. et 15.); mox bello Phocico a Phocensibus occupata est, Ol. 106, 4., et hoc finito iterum deleta, sed post pugnam Chaeronensem (post Ol. 110, 3.) a Philippo, vel post Thebas deletas ab Alexandro restituta (Pausan. IX, 37, 3. IV, 27, 5. cf. Müller. Orchom. p. 420 sq.). Iacuit etiam Elatea ab Ol. 108, 3.

b. Τὸν μέγιστον καὶ Θειότατον Αὐτοκράτορα Φλάβιον Οὐαλέριον Κωνσταντεῖνον, Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστὸν ἡ πόλις.

Tit. *a.* refertur ad Constantium Chlorum, qui Flavius Valerius dictus est. Caesar in hoc titulo audit Constantius; qui quum a. p. Chr. 305. Augustus appelletur, titulus eo anno non posterior est.

Tit. *b.* pertinet ad Constantinum M. qui Flavius Valerius nominatus est. Hic Augustus per omnes provincias agnitus est a. p. Chr. 308. Eiusdem filius si nunquam aliter nisi Flavius Iulius (Corp. Inscr. n. 1523.) et Flavius Claudius vocatur (Eckh. D. N. VIII. p. 105. sqq.), in priore titulo de eo cogitari non potest.

152.

Gortyne. Ed. Tournefort. Itin. I. epist. II. p. 75. et Buherius in ep. ad Hagenbuch. p. 111. in Hagenbuchii epistolis epigraphicis, et Cornelius Cret. sacr. I. p. 145. Tum ex lapide Pocock. Inscr. ant. I. c. 4. s. 2. p. 43. n. 5. mutatâ litterarum formâ. Ex Tournef. habet etiam Corsin. de praef. Urb. p. 254.

❦ΠΕΤΡΩΝΙΟΝΠΡΟΒΟΝ❦
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝΚΑΙ❦
ΑΠΟΕΠΑΡΧΩΝΠΡΑΙΤΩΡΙΩΝ
❦Γ'❦ΔΟΓΜΑΤΙΤΗΣΛΑΜΠΡΑΣ
ΓΟΡΤΥΝΙΩΝΒΟΥΛΗΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣΔΟΣΙΘΕΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ❦
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣΥΠΑΤΙ
ΚΟΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝ❦

Lectio est Tournef. nisi quod vs 1. ΤΡΟ pro ΤΡΩ et vs. 4. ΥΠ pro ΕΠ habet, quae ex Poc. mutavit Boeckh. Vs. 7. Poc. ΔΩΣ etc. vs. 10. ΚΟΙΑ etc. quod inter Errata correxit.

Πετρώνιον Πρόβον, τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον καὶ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων γ̅, δόγματι τῆς λαμπρᾶς Γορτυνίων βουλῆς Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.

Dositheus fuit Consularis Cretae et in eo munere hanc et quattuor alias statuas (n. 2594 - 2597.) posuit, postquam eas ponendas decreverunt Cretenses. De his titulis, qui omnes fere in annos p. Chr. 382-384. vi-

dentur incidere, cf. Boeckh. ll. cc. Petronius Probus Proconsul fuit non Cretae, quam hâc aetate Consularem habuisse constat (v. Boeckh. ad n. 2592. coll. n. 2562.), sed alius provinciae, fortasse Africae vel Campaniae (cf. n. 2597.). Hic fuit ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίου (sic iam Buh. maluit legere cf. n. 2596.) i. e. Praefectus Praetorio. Rectius videtur ἐπάρχων scribi, ut est in Dosithei eiusdem titulis, n. 2594. 2595. Certe solum n. 2596, ut hic, varia lectio est ὑπάρχων. Ceterum γ̄ significat τρίς, quod omnino desideratur, neque est cur cum Buh. τὸ γ̄ scribendum putes.

APPENDIX.

APPENDIX I.

DE FORMULIS TITULORUM.

CAPUT I.

DE ACTIS REIPUBLICAE ET UNIVERSITATUM.

1. Solonis leges ab initio in lignis scriptae fuerunt (Petit. praef. legg. Att.). Eius ἄξονας et κύρβεις primum in arce Athenarum asservatos, deinde ab Ephialte in curiam et forum translatos esse testatur Anaximenes a Didymo laudatus ap. Harpocr. p. 136. Nec mirum, si multo post vetustate corruptos in prytaneo viderunt Plutarchus (Vit. Sol. 1.) et Pausanias (I. 18. 3.); quamquam aereos quoque axones novit Pollux. cf. Preller. ad Polemon. fr. p. 87. sqq. Lignearum tabularum usus vel postea praesertim in rogationibus obtinuisse novarum legum videtur, ut docet decret. ap. Andoc. de myst. 40. ἐν σανίσιν, et ap. Demosth. p. 707. 12. εἰς λεύκωμα; cf. Aeschin. p. 379. 442. R. (*) Unde etiam in tit. Ceio C. I. 2360. lex de instituendis numinis alicuius solemnibus primum εἰς λεύκωμα scripta est, ex quo, si placuisset, describeretur in lapide. Leges igitur latae vel in pariete stoae, ut iubetur in decr. ap. Andoc. l. c. vel in pilis lapideis (στήλαις) sculpebantur, ut Solonis leges a Nicomacho descriptae (Lys. c. Nicom. 858. R.), ut lex Thesei de uxore regis (Auct. or. c. Neaer. 1370. 25.), ut Ceia paullo ante memorata. Et harum quidem aliae in aliis locis publicis proponebantur, ut Athenis in Areopago (Lys. p. 31. 11. R.), ante curiam (Andoc. de myst. p. 40.), in templis (Auct. or. c. Neaer. 1370. 25.). Erant autem hae στῆλαι plerumque marmoreae, aliquando etiam aereae, formâ oblongâ (ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι) diversâ magnitudine. cf. Tayl. ad Demosth. de f. leg. 428. Titulis quidem amplioribus, ut tabulis quaestorum et catalogis, saepe plures lapides coniuncti adhibebantur; v. p. 6. cf. Boeckh. Urkund. üb. d. att. Seew. vel eaedem pilae pluribus lateribus inscribebantur. n. 48. C. I. 2361 - 2363. Interdum columella versatilis est; C. I. 2058. (**) Accedit quod praesertim in decretis honorariis lapides haud raro aëtomate vel aliis ornamentis, ut anaglyphis, instructi sunt. n. 71. cf. n. 55. C. I. 2053. 2059. 2271.

(*) Λευκώματα sunt tabulae albo linimento (ἀλοιφῇ) inductae, in quibus etiam bona venalia perscribebantur; cf. Paroemiogr. et Hesych. v. ἐν λευκώμασι. Suid. et Etym. M. v. λεύκωμα. Tabulae cerâ illitae (πινάκια) in privato usu frequentes fuerunt, ut in syngraphis etc. A numero tabellarum, quibus constabant, δίπτυχα vel τρίπτυχα etc. appellabantur. De materiâ earum cf. Martial. XIV. 3. 5. 7.

(**) Aliquoties plura decreta in eodem lapide scripta reperiuntur; C. I. ad n. 3045. 2852. et generis diversi C. I. 1562 (proxenia), 1582 (dedicatorius); ib. 1567 (proxenia), 1594 (dedicat.), 1607 (act. de manumiss. servi). Cf. ib. ad n. 1214.

Talibus igitur στήλαις quum alia cuiuscumque generis monumenta inscribebantur, tum in actis Senatus et populi decretisque universitatum et collegiorum haud raro praecipi solet ipsorum titulorum inscriptio ἐν στήλῃ, ἐς στήλην n. 53. C. I. 2909. 2360. ἐν στήλῃ λιθίνῃ n. 59. 68. 69. εἰς στήλην λιθίνην n. 72. εἰς στήλην λευκόλιθον C. I. 2059. εἰς στήλην λευκοῦ λίθου decr. Attal. ap. Chish. Antt. Asiatt. p. 146. cf. C. I. 3521. 2134. *b.* εἰς τελαμῶνα λευκοῦ λίθου C. I. 2053. *b.* cf. supra n. 96. In quibus cave putes στήλην vel στήλην λιθίνην simpliciter dictam non esse marmoream sed alius generis lapidem. Res enim ita se habet. Ubi marmor (λίθος λευκὸς) suppetebat, ut Athenis, marmore utebantur, neque erat cur praeciperetur in titulis qualis esset lapis adhibendus. Ubi vero rarius marmor, lapidem fere eum, qui praesto erat, adoptabant, ut in Siciliâ calcarium (cf. C. I. 2117. 2119.), alibi alium (cf. Pausan. I. 44. 9.); marmor ad usum peculiarem reservabant. Hinc in eligendo lapide discrimen. Aeris in his usus non ita frequens fuisse videtur. Quamquam ex paucitate exemplorum de instituto veterum iudicare non licet. Cf. Chish. Antt. Asiatt. p. 165. Supersunt certe ex foederibus et pactis aes Eleum (n. 24.) et tabulae Heracleenses. (*) Et foederum a maioribus civitatibus initorum certe exemplar in στήλῃ χαλκῇ perscriptum Olympiae, in Isthmo, et Delphis et Nemeae proponebatur (Thuc. V. 18.), vel ex parte tantum Olympiae (Thuc. V. 47. καταθέντων δὲ καὶ Ὀλυμπίασι στήλην χαλκῆν, et de formulâ pacis Atheniensium et Lacedaemoniorum Paus. V. 23. 3. ἔστι δὲ πρὸ τοῦ Διὸς τούτου στήλη χαλκῆ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων συνθήκας ἔχουσα). Reliqua foedera, quae vel memorantur apud veteres (Thuc. V. 47.) vel aetatem tulerunt, in στήλαις λιθίναις perscripta sunt omnia. Et proscriptionibus novimus non solum στήλας χαλκᾶς (Demosth. p. 121. 21. 428. 1. Lycurg. c. Leocr. 220. Vitt. X. Oratt. ap. Plutarch. in vit. Antiph.), sed etiam στήλας λιθίνας esse adhibitas (Corn. Nep. in Alcib. 4. cf. supra n. 72. 73.); unde dicti στηλῖται (Demosth. 122. 24. Isocr. περὶ ζεύγ. 349. cf. P. van Lelyveld de infamiae iure att. comment. 1835. p. 25. sq.). Non sine causâ aliquoties proxeniae (Corcyrae C. I. 1841. sqq. Melitae et Agrigenti Grut. p. 400. 401.) εἰς χαλκώματα scriptae videntur, quae quum facile portarentur ab iis, quibus collatus honos est, tum parieti templorum affigerentur. Nam proxeniae in antis templorum parietibusve solitae sunt perscribi (v. C. I. lemma ad n. 2350.): εἰς φλιὰν πρὸς τῷ νεῷ τοῦ Ἀπόλλωνος C. I. 2353. ἐπὶ τὸ τῆς Ἀθηναίης ἱερόν, ἵνα ἂν ἀποδείξωσιν οἱ ἄρχοντες ib. 2161. ἐν τῷ προνάῳ τοῦ Σεραπίου ib. 2715. cf. ib. 1793. 2357. 2671. 3063. et haud dubie foedera ib. 3048. 3058. vel pro re natâ in aliis aedificiis publicis ut ἐν τῇ ἐξέδρᾳ τοῦ βουλευτηρίου C. I. 2715. ἐν τῇ παραστάδι τῇ πρὸ τοῦ ἀρχείου ib. 2672. 2677. 2673. εἰς τὴν φλιὰν τοῦ ἀγορανομίου ib. 2483. Similiter acta de manumissione servorum (C. I. 1699. 1700. 1702. 1703. 1704-1707. 1709.) Delphis in viciniâ templi Apollinis in parietibus theatri, cuius mentio fit ap. Pausan. X. 22., exarata sunt, ut apparet ex n. 1710. Eodemque loco positi sunt tituli honorarii C. I. 1695. 1720. Etiam lex Hadriani C. I. 355. ad parietem aedificii cuiusdam in foro Athenarum scripta videtur.

(*) Fuerunt Gadibus columnae aereae, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ. Strab. III. p. 170. Ex aere etiam δέλτοι et γραμματεῖα conficiebantur Auct. Axioch. ap. Plat. 371. A. et de lege 320. C. cf. decret. I. Caesaris ap. Fl. Ioseph. Archaeol. XIV. 10. 3.

2. Omnino acta στήλαις inscripta in publico loco ponebantur, ut a quovis legi possent. In arce Athenarum magnum quasi vallum inscriptionum fuit. Unde haud vero in decretis praeceptio ἐν ἀκροπόλει n. 69. (cf. n. 59. C. I. 90. 92. 87. ἐμ πόλει n. 53.). Et haec quidem sub dio posita fuisse consentaneum est. Lycurgi decreta si in arce ponenda esse decernitur πλησίον τῶν ἀναθημάτων (Decr. III. post vitt. X. oratt. Plutarch. T. VI. p. 279. ed. Tub.), donaria intelligenda sunt sub dio posita, ut statuae, tripodes etc. Sic etiam pila de Plataeensibus si ἐν ἀκροπόλει πρὸς τῇ θεῷ posita dicitur (Auct. or. c. Neaer. p. 1381.), Ἀθηνᾶν πρόμαχον intelligi oportebit. Neque aliter iudicandum erit de foedere Lacedaemoniorum et Atheniensium, quod Athenis ἐν πόλει παρ' Ἀθηνᾷ ponendum decernitur (Thuc. V. 23. cf. Thuc. V. 47. Pausan. V. 23. 3.). Alia decreta videntur pone Parthenonem posita fuisse; C. I. 86. 87. Atque etiam in templis ubi decreta honorarie ponuntur, ut ἐν τῷ Ἡρακλείῳ C. I. 2270. εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ib. 2053. *b.* cf. 2272. ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ib. 106. 1689. *b.* εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Ἀμφιτρίτης ib. 2329. 2331. 2332. ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ib. 3062. 63. εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον ib. 1052. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κολαινίδος ib. 100. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἑστίας ib. 101. εἰς τὸ Σαραπεῖον ib. 120. ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡρακλέους ib. 2271. cf. 2360. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥβης ib. 214. etc. non in abdito loco posita fuisse existimanda sunt. Nam et vox τὸ ἱερόν, nisi accedit ἔνδον (C. I. 93.), plerumque totum peribolum significet (cf. Gail. Rech. histor. I. p. 170. sq.), intra quem στῆλαι ponebantur (Paus. II. 27. 3.), et vis formulae magis etiam ex iis perspicitur, quae interdum adduntur, ut ap. Demosth. p. 1370. 25. ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν λίμναις; Thuc. V. 47. ἐν ἀγορᾷ ἐν τοῦ Ἀπόλλωνος τῷ ἱερῷ; ut saepe in illis de vestibulo apertisque templi partibus cogitari consentaneum sit. Quam in rem nota disertior est in tit. Mys. ap. Fellows (Asia minor p. 31.), ubi habes πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ Θεσμοφορίου et πρὸ τοῦ νεὼ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λοχίας. Contra in aliis, praesertim foederibus, nihil obstat, quo minus pro gravitate rei, de quà egitur, recondite in templis deorum putemus, ut apud Lacones foedus illud (Thuc. V. 23.) παρ' Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ, et apud Cretenses foedera n. 77. C. I. 2554. 2555. 2557. cf. Paus. V. 12. 7. Nam alia quoque decreta pro re natà in aedificiis publicis ponuntur, ut ἐν τῷ πρυτανείῳ C. I. 112. ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ib. 2060. cf. decret. Agrig. ap. Grut. p. 401, 1. et Lycurg. c. Leocr. 224. εἰς τὸ γυμνάσιον tit. Cum. ap. Cayl. II. tab. LVII. cf. C. I. 108. Sic decretum a Pandionide factum ἐμ Πανδίονος sc. sacello ponendum esse decernitur C. I. 213. Sed nihil luce publicà solemnius. Hinc in titulis saepe fori et loci celeberrimi mentio, ut ἐν τῇ ἀγορᾷ C. I. 2678. ἐν τῷ ἐπισημοτάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ ib. 2059. 2061. 2063. 2064. ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ ib. 2671. 2676. εἰς τόπον ὡς ἐπιφανέστατον ib. 2347. c. et definito loco disertius, ut εἰς τὸν ἐπισημότατον τόπον τοῦ Ἀμφιθεάτρου tit. Berenic. ap. Murat. DLXII. παρὰ τὸ Ἀπόλλωνος C. I. 2140. πρὸς τῷ Διονυσίῳ ib. 3068. παρὰ τὸν βωμὸν τῆς συμμορίας ib. 3065. 66. ὑπὸ τὸ ἀνάθημα τὸ κοινὸν τῶν συναρχόντων ib. 99. Et Athenis ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν δημοτῶν pagorum acta posita fuisse liquet ex C. I. 88. 102. cf. ibid. 70. Postremo aliquoties magistratibus potestas loci eligendi relinquitur, ut ὅπη ἂν δοκῇ προβούλοις etc. καλῶς ἔχειν n. 80. C. I. 1841. sqq. ἀναθέτωσαν οὗ ἂν δοκῇ ἐν καλλίστῳ εἶναι ib. 1570. cf. ib. 2676.

3. Haud raro decretorum duo vel plura exempla scribuntur in diversis locis ponenda, ut C. I. 108. alterum ἐν γυμνασίῳ, alterum ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τῆς ἀγορᾶς τόπῳ. ib.

2267-2269. alterum εἰς τὸ βουλευτήριον, alterum εἰς τὸ ἱερόν. ib. 93. alterum ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥβης ἔνδον, alterum ἐν τῇ λέσχῃ scil. τῶν δημοτῶν. cf. ib. 1625.2155.2334. tum inprimis foederum Thuc. V.18.23. C.I. 2554.2555.2557.3137. etc. Memorabile exemplum inscribendorum ἀντιγράφων est in tit. Stratonic. C.I. 2715. ubi primum universum decretum inscribendum praecipitur in pronao Serapii, manifesto in pariete, dein Hecates sacerdos in templo deae, non parieti, sed columellae singulari inscribere debet partem quae ad ipsum pertineat (*passum concernentem* hodie vocant); postremo decretum in exedrâ curiae inscribi iubetur. Et haec quidem de στήλαις ἀντιγράφοις quas dicit Demosth. in Lept. p. 468.9. Nam etiam papyris confecta ἀντίγραφα sunt, quae scilicet traderentur cuipiam vel alio mitterentur, ut C.I. 2557. ἀποστεῖλαι δὲ τοὺς ἄρχοντας — τοῦδε τοῦ ψηφίσματος τὸ ἀντίγραφον σφραγισαμένους τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι, ὅπως παρακολουθῶσιν Ἀλλαριῶται τὰ ἐψηφισμένα περὶ τούτων. ib. 3053. τὸς δὲ Κόσμος δόμεν ἀντίγραφον τῶδε τῶ ψαφίσματος, σφραγίσαντας τᾷ δαμοσίᾳ σφραγῖδι, ἀποκομίσαι Ἡροδότῳ καὶ Μενεκλεῖ. Cf. ib. 2265. 2334. 2347.*c*. 2905. inprimis tit. Smyrn. C.I. 3137. cuius ex verbis ἀναγραψάτω δὲ καὶ ὁ γραμματοφύλαξ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τὰ ἀντίγραφα τῆς ὁμολογίας εἰς τὸ δημόσιον — simul apparet αὐτόγραφα actorum publicorum in papyro conscripta in archivo solita esse reponi. Cf. C.I. 2448. 1834. Quod quum ubique moris fuisse consentaneum sit, qui probare pluribus aggressus est Biagius (de decrett. Athen. p. 318.), eius rationes ad negandum quam ad affirmandum aptiores fuerunt. Quid enim scribis iniunctum officii putabimus, nisi ut et scriberent et scripta asservarent? (v. Oecon. civ. Athen. I. p. 200.). Aut unde eos decreta et leges recitasse oratoribus, nisi de scripto αὐτογράφῳ? Quibus ut plurimum novimus id quoque negotii datum esse, ut decreta a quadratariis incidenda curarent. v. ad n. 69. cf. C.I. 112. 125. et 87. 90. 92. - 1052. 3048. 1689.*b*. 3048. De scripto igitur incidere quadratarii debebant. Quumque quae in lapides coniiciuntur, fere ἀντίγραφα sint (Andoc. de myst. 36. ταῦτ' οὖν ἐψηφίσασθε ἐξαλεῖψαι πάντα τὰ ψηφίσματα καὶ αὐτὰ καὶ εἴ πού τι ἀντίγραφον ἦν. cf. C.I. 102. 1845.), illud, de quo haec describuntur, par est αὐτόγραφον haberi, quod reponatur in archivo. Et Athenis unusquisque magistratus ἀρχεῖον habebat; cf. n. 71. Pro communi autem archivo reip., in quo legum omnium decretorumque autographa a scribâ publico asservabantur, aedes Matris deorum (τὸ Μητρῷον) fuit, cuius clavis penes epistatam erat. Demosth. de fals. leg. p. 381. ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ Μητρῴῳ ταῦτ' ἐστίν, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Dinarch. p. 60.12. Lycurg. c. Leocr. 184. Auct. or. c. Aristogit. I. ap. Demosth. s. fin. Athen. V. 214.*e*. Harpocr. p. 128. Valcs. Wesseling. ad Petit. de legg. Att. p. 178. Meurs. lectt. Att. I. 11. Poll. VIII. 96. Ad hanc aedem, quae haud procul a curiâ sita erat (Paus. I. 3. 4.), si tabulae causarum forensium expositae fuerunt (Oecon. civ. Ath. I. 435.), eae non in templo, sed ante templum positae fuisse censendae sunt. Spartanorum ἀρχεῖα nota sunt ex Pausan. III. 11. 2. Aliorum ex inscriptionibus, ut Iasensium C.I. 2672. 75. 77. 78. etc.

4. Curam inscribendorum decretorum qui in titulis iubentur suscipere, etiam alii magistratus esse possunt. In decretis demorum Atticorum fere δήμαρχος nominatur ut n. 68. C.I. 100. 102. vel ἐπιμεληταί C.I. 214. vel quoniam quaestoris quoque in his aliquae partes sunt, ταμίαι C.I. 93. Sic etiam in Deliaco C.I. 2334. ὁ ταμίας est. cf. tit. Mys. ap. Fellows.

(Asia Minor p. 31.) et C. I. 3060. Alias variant aut pro formâ reipublicae, ut Corcyrae, ubi nominantur *οἱ ἄρχοντες* C. I. 1841. (cf. tit. Sicin. publicat. a Rossio in Indice Lectt. Univ. Athen. 18$\frac{37}{38}$. (*) ut Bargyliae et Iasi *οἱ νεωποῖαι* C. I. 2671. 2673. 75 - 2678. Thasi *οἱ θεῦροί* ibid. 2161.) Aeginae *οἱ ἐπιμεληταί* supra n. 92. Amphip. *οἱ προστάται* n. 72. aut pro re, de qua agitur in titulis, ut C. I. 2751. est *ὁ παιδονόμος*, ibid. 1570. *οἱ ἱεράρχαι*, ib. 106. *οἱ ἐξετασταί*, *qui copiarum recensum agunt*; ubi qui honoratur militum dux est. Interdum decernitur legendos esse unum vel plures qui hanc curam suscipiant, ut *ἄνδρα δὲ ἑλέσθαι, ὅστις ἐπιμεληθήσεται τᾶς ἀναγραφᾶς* C. I 2483. cf. ib. 2347. c. 3065. 3066. 2272.

5. Sumptus in decretis incidendis demandantur quaestoribus, quorum item in huiusmodi titulis saepe fit mentio. In Atticis formulae hae sunt:

εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τοὺς ταμίας τῷ γραμματεῖ τῆς βουλῆς ΔΔΔ δραχμὰς ἐκ τῶν δέκα ταλάντων C. I. 87. ex Ol. 101 - 103. — *εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τὸν ταμίαν τοῦ δήμου ΔΔΔ δραχμὰς ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ* C. I. 92. — *μερίσαι δὲ τὸν ταμίαν — ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ* ib. 108. — *τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ γενόμενον μερίσαι τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει* n. 69. — *τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ εἰς τὴν στήλην δοῦναι τὸν ταμίαν* C. I. 108. etc.

Ex C. I. 92. 108. apparet quodam tempore pecuniae publicae partem impensis non lege praescriptis sed populiscito iussis fuisse destinatam. Cf. Boeckh. ad n. 108. Peculiaris causa subesse indicationi (ib. n. 87.) *ἐκ τῶν δέκα ταλάντων* videtur; siquidem in his rebus magno opere variare solet administratio. De quaestoribus vid. Oecon. civ. Athen. I. p. 185. sq.

In decretis exterarum gentium hoc munus pariter quaestoribus demandatum videmus, ut Corcyr. *τὸν δὲ ταμίαν δόμεν τό γενόμενον ἀνάλωμα* C. I. 1841. sqq. — Aegin. *τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλωμα δότω ὁ ταμίας* n. 92. cf. C. I. 2155. 2353. 2357. — Del. *ἀπὸ δὲ τῶν προσόδων δότω ὁ ταμίας τὸ εἰς τὰς στήλας ἀργύριον* C. I. 2334. — *τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλωμα εἰς ταῦτα μερισάτω ὁ ταμίας* etc. ib. 2271. — Syri *τὸ δὲ ἐσόμενον ἀνάλωμα δότω ὁ ταμίας ἀπὸ τῆς ἐγκυκλίου διοικήσεως* ib. 2347. c. — Astyp. *τὸ δὲ ἀνάλωμα ταμίαι δόντω* ib. 2483. — Mys. ap. Fellows (Asia minor p. 31.) *ἀνενεγκάτω δὲ ὁ ταμίας τὸ ἀνάλωμα τὸ γενόμενον τῷ πρώτῳ λογιστηρίῳ.* — Agrigent. *τοὺς δὲ ταμίας ἐξοδιάξαι εἰς τὰ προγεγραμμένα* ap. Grut. 401. 1. etc. In tit. Sicin. ap. Ross. l. c. *οἱ πράκτορες* appellantur: *τὸ δὲ ἀνάλωμα δοῦναι τοὺς πράκτορας τοὺς περὶ Πασικράτην*; et in tit. Stratonic. C. I. 2715. *οἱ ἐπιστάται τοῦ βουλευτηρίου*; hoc extremum de peculiari ratione, quemadmodum Thasi aliquando *ἱερομνήμων* praeest aerario, C. I. 2161. *ὅ τι δ' ἂν ἀνάλωμα γίνηται εἰς ταῦτα, δοῦναι τὸν ἱερομνήμονα.*

6. Index argumenti maioribus plerumque litteris scriptus actis publicis hinc inde praemittitur. Colligi hoc vel ex Thucydide V, 18. 47. VIII, 58. potuit. Antiquissimum exemplum in aere Eleo est n. 24. *ἁ Ϝράτρα τοῖρ Ϝαλείοις καὶ τοῖς Ἡρϝαοίοις.* Deinde praesertim in decretis honorariis quum ante aetatem Euclidis, ut in fragm. attico (v. Diar. Ar-

(*) Memorabilis lapsus est quadratarii, qui ibi, quum scribendum esset aut *ἀναγράψαι καὶ στῆσαι τοὺς ἄρχοντας* aut *ὅπως ἀναγραφῇ καὶ σταθῇ — ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἄρχοντας*, confusis formulis ita dedit: *τόδε δὲ ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ σταθῇ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου, ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἄρχοντας τοὺς περὶ Καλλίνικον.*

chaeol. Hal. 1835. n. 4. p. 32.); Σωτίμου Ἡρα[κλ]ειώτου καὶ ἐκγόνων, προξένου καὶ εὐεργέτου Ἀθηναίων, tum post Euclidem, C. I. 90. Προξενία [Διο]χάρει Χάρητος Ἀπολλωνιάτᾳ. ib. 91. Προξενία καὶ εὐεργεσία .... Λύκου, αὐτῷ καὶ ἐκγένοις Σηστίοις. Similiter in Boeotico C. I. 1563. Ἀγαθάρχῳ προξενία. In tit. Melitensi ap. Grut. p. 400, 8. Ὑπὲρ προξενίας καὶ εὐεργεσίας Δημητρίῳ Διοδότου Συρακοσίῳ καὶ τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ. in tit. Calaur. (Annal. Inst. Arch. Rom. 1829. p. 135.). Σιφνίοις ἀτέλεια ἐγ Καλαυρέᾳ κατὰ τὰ πάτρια. in donario Attico pro curatione a Minervâ praestitâ C. I. 475. [Θε]οξενία Φωκίῳ καὶ Νικάνδρῳ καὶ Δεξί[ππῳ]. — Huc pertinet etiam tit. Aeginet. n. 92. ἁ πόλις Διόδωρον Ἡρακλείδα ἐτίμασεν ἀπὸ συνέδρων καὶ τοῦ δάμου, et titt. Corcyraei, n. 80. C. I. 1841. sqq. in quibus nomen laudati accusativo casu subscribitur. Praeterea in foederibus pactionibusque perscribendis primum decretum populi eius, qui offert, proponitur, deinde continuo additur sententia populi illius, cui oblata condicio est. Hoc in σπονδαῖς observatum esse docet exemplum ap. Thucyd. IV, 118. ubi primum Lacedaemoniorum decretum proponitur, deinde continuo additur: ἔδοξε τῷ δήμῳ· Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικίας ἐπεστάτει, Λάχης εἶπεν τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν, καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι etc. Idem usu venit in συμβόλοις. v. inprimis Orat. de Halones. p. 78. et Schoemann. de Com. Ath. p. 284. Hinc explicanda forma est inscriptionis C. I. 74. quae superest ex foedere Atheniensium et Rheginorum; in qua quae vs. 1-3. continetur oblata a Rheginis condicio cum legatorum nominibus subscriptis confirmatur decreto Atheniensium continuo subsequente.

7. Quae in fronte titulorum quum publicorum tum privatorum haud raro exstat boni eventus apprecatio (Q. F. F. F. Q. S.), ea exprimi diversis modis solet. Exemplum satis antiquum habuimus in tit. Petil. n. 23. ΘΕΟΣΤΥΧΑ. In tit. Anxan. ap. Guarini. Exc. epigr. Comm. XIII. Neap. 1830. ΖΕΥΣΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ. In tit. Pariano (v. Act. Acad. Monac. 1835.) ΔΙΟΣΚΟΡΟΙ. In tit. Boeot. C. I. 1574. ΘΕΟΣ, in Delphicis ibid. 1691. 1694. et alibi ΘΕΟΙ. (*) Similiter in testamento Corcyraeo C. I. 1850. ΘΕΟΣΤΥΧΑΝ (sc. δοίη. cf. Boeot. ibid. 1565.) et in titulis Delphicis ibid. 1695. 1701. in Boeotico ib. 1564. in Phocicis ap. Ross. Inscr. inedd. I. n. 81. 73. 74. ΘΕΟΣΤΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝ et in Delphico ap. Ross. n. 67. ΘΕΟΙΤΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝ. In Cretensi Hierapytniorum cum Priansiis foedere n. 77. ΘΕΟΣΑΓΑΘΟΣΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΚΑΙΕΠΙΣΩΤΗΡΙΑΙ. In tit. Puteolano (v. Memorie dell. Acad. Ercol. I. p. 193.) ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΖΕΥΣΣΩΤΗΡ. In Atticis ΘΕΟΙΣ Ε[ΠΙΚΟΡΙΟΙΣ] C. I. 139. cf. 151. vel Ε Θ (i. e. ἐπικουρίοις θεοῖς) C. I. 158. cf. 213. et Ephes. ib. 2953. *b.* sed n. 58. (C. I. 150.) nihil nisi ΘΕΟΙΣ videtur inscriptum fuisse. Denique in inscriptione agonisticâ Atticâ aetatis Antoninorum C. I. 281. ΘΕΟΙΣΤΥΧΗΙ, unde simul de primâ formulâ θεὸς τύχα existimari potest.

Sed vulgaris formula omniumque tritissima est ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ, (**) quae non solum in decretis (cf. Plutarch. de repugn. Stoic.) reperitur, in quibus ut plurimum ante

---

(*) De hoc nominativo cf. Bernhardy Synt. ling. gr. p. 66. sq.

(**) In titulis recentioris aetatis, in quibus iota mutum omitti solet, hinc inde scriptum exstat ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ, quod cave Thierschio (Comm. de inscr. Par. in Act. Acad. Bav. 1835.) credas nominativum esse.

verba apodosis δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ponitur, (*) ut n.69. (C.I. 107. cf. ibid. 108. 109. 112. 120.) n.71., vel in fronte decretorum actorumque publicorum, ut n.78. C.I. 1693. Cf. ibid. 1710. 1732. 1751. 1755. 1771. 1772. 1773. 1840. — sed etiam passim, praesertim aetate Romanâ, in titulis honorariis C. I. 316. 372. 377. 395. 406. 420. 448. 1059. 1062. 63. 1624. 1718. 2022. 2024. 2056.[c] 2089. 2091.[a.b.] 2099. 2124. 2154. 2185-2187. 88. 2190. 2193. 2461. 2804. 2883. 2888. etc. in titulis dedicatoriis, C. I. 464. 489. 1598. 2039. 2047. 2054. 2067. 2069. 2070-76. 2078-80. 2084. 2505. 2744. 2865. 2963.[b] etc. in catalogis prytanum C. I. 189. 190. 191. 192. 193. 196. 200. in catalogis agonisticis C. I. 246. 272. 274.[b] cf. 269. in titulis sepulcralibus C. I. 2116. 2326. 2689. 2263. 3003. etc. (**)

A. DE PRAESCRIPTIS ACTORUM ATTICORUM.

1. In decretis et actis Atticis ante Euclidem archontem exaratis annus plerumque ex archonte eponymo et primae prytaniae scriba designatur:

'Επὶ 'Αψεύδους ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ ὁ δεῖνα πρῶτος ἐγραμμάτευεν· C. I. 74. cf. ib. 81. 147. 160. (***)

Post annum designatum formulae decreti fere vacuo spatio separatae apponuntur, ut C. I. 81. eaeque minoribus litteris, ut ibid. 78. Dein quid decretum sit, interiecto spatio exponitur, C. I. 74. Decreti autem formula haec est:

῎Εδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· (†) ἡ δεῖνα φυλὴ ἐπρυτάνευεν, ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, ὁ δεῖνα ἐπεστάτει, ὁ δεῖνα εἶπεν·

C. I. 74. ex Ol. 86, 4. n. 76. ex Ol. 90, 2. cf. ibid. 73.[b] 78. Aristoph. Thesmoph. vs. 372. ex Ol. 91, 2. et decreta servata ap. scriptores, ut Thucyd. IV. 118. ex Ol. 89, 1. Andoc. de Myst. p. 47. ex Ol. 92, 3. ubi συνέγραψε pro solito εἶπεν et ibid. p. 39. ex Ol. 94, 2. ubi deest prytania et scriba, quod res non iam in pristinum ordinem redactae essent, vel quod a scriptore, qui excerpsit, omissa formula integra est (v. Schoemann. de Com. Ath. p. 132.). Simile decretum illud fuisse videtur, cuius mentionem facit Polemo ap. Ath. VI. p. 234. E. Preller. Polem. fragm. p. 117. Denique comparabis Senatusconsultum ex Ol. 92, 2. ap. auct. Vitt. X. Oratt. inter Plutarchea p. 225. ed. Tub. ἔδοξε τῇ βουλῇ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Δημόνικος 'Αλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, ῎Ανδρων εἶπεν· ubi omissum nomen est tribus πρυτανευούσης (h. l. 'Αντιοχίδος), sed additur prytaniae dies, qui alias omitti solet.

(*) Aliquoties τύχῃ ἀγαθῇ ut C. I. 378. 2525.[b] vel τύχῃ τῇ ἀγαθῇ ut C. I. 2330.

(**) In titulis sepulcralibus pro ἀγαθῇ τύχῃ, praesertim in Mylasensibus, simili sensu habetur ἀγαθοῦ δαίμονος τοῦ δεῖνος C. I. 2684. 2700.[b] 2700.[c] 2707-2710. cf. ἀγαθῆς μεταβολῆς C. I. 2686. Recentioris usus est formula ἐπ' ἀγαθῷ in fine vel initio titulorum quum sepulcralium (v. tit. Rom. ap. Osann. Syll. p. 564.) tum votivorum (C. I. 2392. cf. tit. Nub. ap. Gau, Ant. de la Nub. Inscr. tab. X. n. 27.) praesertim in προσκυνήμασιν Aegyptiacis. Cf. Boissonad. Adnot. in Eunap. p. 338.

(***) De scribâ, cuius tanta auctoritas fuit, ut ex eius nomine (vel omisso archonte) annus designaretur, v. Boeckh. Comm. de archontt. Att. pseudepp. p. 25.

(†) Alias etiam concisius ἔδοξε τῷ δήμῳ. v. Oecon. civ. Ath. II. p. 199. Interdum, praesertim in foederibus cum exteris gentibus, formula incipit: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ 'Αθηναίων. C. I. 74. et Add. 73.[b] et 77.

2. Atque eadem forma decretorum primis post Euclidem annis obtinuit, ut docet C. I. 81. quod est decretum solius Senatus:

Ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ πρῶτος Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχερδούσιος· ἔδοξε τῇ βουλῇ· Πανδιονὶς ἐπρυτάνευεν, Εὔξιθεος ἐπεστάτει, Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχερδούσιος· ὁ δεῖνα εἶπεν. (*)

Mox formulâ mutatâ post archontis nomen prytania designabatur et quota ea sit in ordine prytaniarum, plerumque cum scribâ, dein mensis dies et prytaniae, denique epistatae et latoris nomina. Ubi Senatusconsultum a populo comprobatum erat, praeter nomen eius qui exposuerat, adscribebatur formula: *γνώμη βουλῆς καὶ δήμου, γνώμη βουλῆς* (v. Demosth. Cor. p. 205. 282. cf Schoemann. Com. Ath. p. 100. sq.). Similiter ubi ex alius magistratus auctoritate facta rogatio est, magistratus notatur, ut *στρατηγῶν γνώμη* (v. Demosth. Cor. p. 238. 249.). Addebatur etiam formula *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* (C. I. 111. 113.) vel *ἔδοξε τῷ δήμῳ* (n. 69. C. I. 112.), et post temporis designationem interdum *ἐκκλησία* (n. 69. C. I. 105.), *ἐκκλησία κυρία* (C. I. 111.), et in comitiis extraordinariis *ἐκκλησίας συγκλήτου* etc. (Demosth. Cor. p. 238. 249.); nonnumquam locus ipse definitur, ut *ἐκκλησία ἐν τῷ θεάτρῳ* (C. I. 113. 122.), *ἐκκλησία ἐμ Πειραιεῖ* (ib. 112.), *βουλὴ ἐμ βουλευτηρίῳ* (n. 71.).

Formula igitur brevior haec est ex Olymp. 102, 4. C. I. 85.ᶜ in Add.

τοῦ δεῖνος ἄρχοντος (**) *ἐπὶ τῆς δεῖνος φυλῆς δεκάτης* (vel simil.) *πρυτανείας,* (***) *ᾗ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα, ὁ δεῖνα εἶπεν·*

prolixior autem et vulgaris haec ex Olymp. 106, 2. C. I. 90.

ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ἐπὶ τῆς δεῖνος φυλῆς πέμπτης (vel simil.) *πρυτανευούσης,* (†) *ᾗ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, τρίτῃ* (vel simil.) *τῆς πρυτανείας, τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα· ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ὁ δεῖνα εἶπεν·*

ex Olymp. 116, 3. C. I. 105.

ἐπὶ Νικοδώρου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος ἕκτης πρυτανείας, Γαμηλιῶνος ἐνδεκάτῃ, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία· τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἀριστοκράτης Ἀριστοδήμου Οἰνεὺς καὶ συμπρόεδροι, Θρασυκλῆς Ναυσικράτους Θριάσιος εἶπεν·

cf. C. I. 96. ex Ol. 111. dein decretum in honorem Spartoci n. 69. (C. I. 107.) ex Ol. 123, 3. tum C. I. 111. ex Ol. 123, 2 - 145, 1. et ib. 122. ex Ol. 145, 4 - 155, 3. cf. n. 71. De prytane autem et de proëdro non contribuli v. p. 183. et Boeckh. ad n. 90. 96. 105. 111. 112. Schoemann. de Com. Ath. p. 135.

Post haec solemnia praescripta sequitur decretum ipsum, cuius verba ita subiiciuntur, ut nunc statim sequatur infinitivus aptus ex praegresso *εἶπεν*, ut C. I. 74. *ξυμμαχίαν εἶναι Ἀθηναίοις καὶ Ῥηγίνοις.* n. 53. *ἀποδοῦναι τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα* (cf. C. I. 90. 105.),

---

(*) Singularis est hic collocatio vocis *πρῶτος*. De collocatione *Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχερδούσιος* cf. supra p. 75. De scribâ v. Boeckh. ad h. l.

(**) Dicitur et *τοῦ δεῖνος ἄρχοντος*, et *ἄρχοντος τοῦ δεῖνος*, plerumque *ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος* vel *ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος*. Cf. Biag. de decr. Ath. c. VII.

(***) Dicitur et *πρυτανείᾳ φυλῆς Ἱπποθωντίδος*, Demosth. Cor. p. 250.

(†) Dicitur etiam *Κεκροπίδος πρυτανευούσης πρώτης*. C. I. 160. cf. supra p. 146.

nunc, quod etiam frequentius, praesertim in decretis honorariis, protasis incipiat ab ἐπειδή —, cuius apodosis est δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ C.I. 77. vel δεδόχθαι τῷ δήμῳ n. 69. C.I. 112. 113. vel δεδόχθαι τῇ βουλῇ n. 71. C.I. 115. (*) Postremo Senatusconsultis et populiscitis quae sententiae singulorum, ut ait Plato, τῶν ἐν τῷ δήμῳ ξυγγραφομένων additae sunt, in iis formula initialis haec est: ὁ δεῖνα εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῇ βουλῇ (sc. δοκεῖ) n. 59. ex Olymp. 100,4. vel τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ὁ δεῖνα C.I. 87. ex Olymp. 101-103. cf. ibid. 92. 106. Hinc explicanda verba sunt Platonis Gorg. p. 451.

3. Haec edocti ex inscriptionibus lapideis, testibus locupletissimis, non est cur commoremur in decretis iis, quae in orat. Demosth. de Cor. servari voluit doctus Graeculus. Nam horum ne de archontibus dicamus, de quibus optime disseruit Boeckhius (cf. Spengel. Mus. Rhen. II,3. p. 67. sqq. a quo tamen quaedam sunt optata potius quam demonstrata), quum alia multa in formulis citra morem aetatis illius exponuntur, ut ἄρχων Δημόνικος Φλυεύς p. 265. cf. p. 279. et ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγέμονος ἄρχοντος p. 253. (**) tum et scribae nomen negligitur, quod in lapidibus deest rarissime, et τοῦ ἐπιψηφίσαντος, quod vix usquam. V. Boeckh. l. c. et Schoemann. de Com. p. 133. sq. Hinc apparet, praescripta illorum decretorum neque integra et invitâ Minervâ reddita esse ab eo qui confecit, ut praescriptorum rationem qui velit ex istis cognoscere, longe aberrare a vero videatur. Nec dubitamus, quin in lapidum decretis, quae a republicâ vel ab universitatibus facta sunt, archon eponymus, ubi deest (C. I. 76. 86-89. 82. 88. 214. 99. 101. 102. 120. 213.), non aliam ob causam sit omissus, quam ob eam ipsam, quae fraudem fecit illi, qui decreta orationis Demostheneae exscripsit et collegit. (***)

4. Nam in decretis ubi annus non notatus est, puta notum esse aliunde quippe in actis in tabulario repositis designatum, ut C.I. 76. et post Euclid. ib. n. 86. Cf. C. Inscr. in Add. ad n. 11. Contra in tabulis Quaestorum Minervae ante Euclidem exaratis archon eponymus non perscribitur. Harum tabularum rationem paucis delineavimus ad n. 54. ubi vidimus solemnia praescripta: Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαί, αἳ ἐδίδοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων εἰς Παναθήναια. His quae deinceps adduntur, modo breviore formulâ sunt modo prolixiore concepta; et prolixior quidem ea est, qua primo loco ultimi quaestores ponuntur penteteridis prioris, qui tradiderint primis quaestoribus eius cycli, cuius hae rationes sunt; dein hi ipsi dicuntur successoribus tradidisse donaria (C.I. 138.). Contractior autem formula est ea, qua, omissâ prioris magistratus designatione, dicitur τοῖς τα-

(*) Huic formulae in decretis honorariis praemitti solent hortativa quaedam, haud raro interposito οὖν (cf. ad 3048.), ut ὅπως ἂν οὖν φαίνηται ὁ δῆμος χάριτας μεμνημένος etc. n. 69. ὅπως ἐφάμιλλον ᾖ πᾶσι τοῖς βουλομένοις φιλοδοξεῖν, εἰδόσιν ὅτι καταξίως τιμηθήσονται τῶν εὐεργετημάτων, C. I. 108. Cf. ibid. 100. 120. 2270. 2525. b.

(**) Archontibus atticis nec patris nec demoticum nomen additur, sed, ubi distinguuntur, propter homonymos distinguuntur addito antecessoris nomine, ἐπὶ τοῦ δεῖνος τοῦ μετὰ τὸν δεῖνα (v. C. I. 113.); ac ne hoc quidem in titulis praesentis necessitatis causa compositis, ut C. I. 103. de quo monuit Boeckh. in Comm. de Arch. pseudepp. p. 18. Nec nominativus aliis exemplis defendi potest quam Romanis. Cf. Allg. Litterat. Zeit. Nov. 1836. p. 355. sq.

(***) Idem existimandum de aliis decretis ap. scriptores servatis, ut ap. Pseudoplutarch. Vitt. X. Oratt. p. 225. ed. Tub. Andoc. de Myst. p. 47.

μίαισι v. *ταμίαις*, ut supplendum sit *οἱ πρότεροι ταμίαι τοῖς ταμίαισι*, et statim additur primi in penteteride anni magistratus, ut qui acceperit et accepta successoribus tradiderit (C.I. 141. coll. 137. 139. 140. 142.). Deinde in singularum capite annuarum recensionum rursum designantur magistratus et qui tradiderint et quibus traditum sit et a quibus tradentes acceperint, addito nomine aut solius scribae aut quaestoris unius, qui primus quaestorum prytanis est, hoc est qui eo anno primum praefuit collegio. Horum autem prytania haud dubie diurna fuit ut praetorum (*στρατηγῶν*). Et prytaniarum quaestoriarum ordo non ex constanti tribuum ordine, sed ex variabili, qui in Senatus prytaniis obeundis quotannis obtineret, constitutus videtur (v. ad n. 58. C.I. n. 150.). Postremo iis annis, quibus recens addita accesserunt (*ἐπέτεια*), haec ipsa adscripta sunt, praemissâ aut longiore formulâ: *ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε* (C.I. 137. 139. 140, ann. 2.), aut breviore: *ἐπέτεια ἐπεγένετο* (C.I. 138. ann. 1. n. 140. ann. 3. et constanter n. 140. 141. 142.).

Post Euclidem autem et pro uno quaestore aliquoties omnes nominantur (v. n. 58.) et ordo quaestorum constantem tribuum ordinem sequitur. Quumque ante Euclidem secundum quadriennia compositae rationes sint, post Euclidem annuae sunt: unde etiam archontis eponymi mentio (v. 58. coll. C.I. 151.). Denique in rationibus expensarum a quaestoribus factarum (C.I. 147. 141.) tabulisque epistatarum operum publicorum (C.I. 160.) eadem fere quae in decretis temporum notatio est.

Restat ut de actis universitatum et collegiorum videndum sit. Ex his quae notatione temporis instructa sunt, archontem eponymum in fronte gerunt ut C.I. 85. 109. addito etiam demarchi nomine, ut in locatione Piraeensi n. 66. In decretis autem tribuum etiam concio tribus notari solet, cuius proprium in universitatibus nomen *ἀγορά*, ut *τῇ κυρίᾳ ἀγορᾷ* C.I. 85. ex Olymp. 101, 1. Reliquae formulae suppares sunt iis, quas ex actis Senatus et populi cognovimus, ut *ἔδοξεν τῇ Κεκροπίδι φυλῇ — ὁ δεῖνα εἶπεν· ἐπειδὴ — ἐπαινέσαι* — C.I. 85. *ἔδοξεν τῇ Πανδιονίδι φυλῇ· ὁ δεῖνα εἶπεν· ἐπαινέσαι* — C.I. 213. *ἔδοξεν Πλωθειεῦσιν· ὁ δεῖνα εἶπεν· τοὺς μὲν ἄρχοντας κυαμεύειν* etc. ibid. 82. *ἔδοξεν τοῖς τοῦ δήμου συλλογεῦσιν· ἐπειδὴ — δεδόχθαι τοῖς τοῦ δήμου συλλογεῦσιν* C.I. 99. vel omissâ formulâ *ἔδοξεν* — C.I. 88. *Εὐθήμων εἶπεν· — δεδόχθαι τοῖς δημόταις* —. ib. 102. *Καλλιάδης εἶπεν, ἐψηφίσθαι Πειραιεῦσι* — Cf. C.I. 89. 101. 109. 120. 214.

B. DE PRAESCRIPTIS ACTORUM EXTERARUM GENTIUM.

1. In decretis doricarum et ionicarum gentium anni item ex archonte eponymo designantur. Sed quemadmodum variari in magistratus denominatione potuit, ita difficilior de his quaestio est, praesertim quum et pauci tituli supersint ex aetate civitatum liberarum, et plures recentiores quam vetustiores. Accedit, quod in tantâ rerum obscuritate, quid simpliciter, quid pro argumento rei, qua de agitur, praescriptum sit, non ubique licet definire.

Itaque neque omni in civitate neque omni tempore archontes eponymi eodem nomine appellantur. Ut mittamus populos qui atticis institutis utuntur, ut Delii, *Ἄρχων* eponymus est Boeotis C.I. 1564. 1565. 1608. 1609. 1562. 1563. *a. b. c.* etc. ubi is a Boeotarchâ et a foederis archonte distinguendus est (v. Boeckh. Introd. in Boeot. c. II. 4.); Phocensibus,

ut Delphis C.I. 1699. 1700. 1701. 1704-1706. 1709. Ross. Inscr. inedd. I. n. 67. ubi olim certe usque ad Ol. 105. prytanis eponymus fuit (Müller, Dor. II. p. 135. 182.), et Daulide, C.I. 1725. Ross. l.c. n. 81. et rursus C.I. 1732, ubi duo archontes memorantur ut praesides collegii, sicut Ambryssi ib. 1736. et Stiride ib. 1724. *b.* quorum alter fortasse proprie eponymus est, alter βούλαρχος, id quod innuere videtur C.I. n. 1725. Similiter tres archontes praescripti Thaumacis in Thessaliâ C.I. 1771-1773. et Thas. ib. 2161. cf. ib. 2082. 2083. 2059. 2157.

Δαμιωργοὶ eponymi sunt Thessalis (v. n. 23. et Boeckh. ad n. 4.), Achaeis C.I. 1542. 1543. 1567. Cnidiis ib. 2653. 2654. — Ἔφοροι Spartanis (Thuc. V. 19. cf. Pausan. III. 11. 2.) eorumque colonis, ut Theracis C.I. 2448. cf. 2449. et Heracleensibus (v. tabb. Heracl. ἐπὶ ἐφόρων). In titulis Laconicis aetatis Romanae eponymus est πατρονόμος (vid. C.I. I. p. 605. sq.). De archontibus Theracis aetate Imperatorum cf. C.I. 2457. — Κόσμοι Cretensibus C.I. 2554. sqq. — Πρύτανις prytanum princeps eponymus est Corcyraeis etiam Macedonicâ aetate C.I. 1845. 1847. cf. Müll. Dor. II. p. 135. id. Rhodiis C.I. 2530. etc. et ionicis civitatibus, quibus is ex vetusto instituto princeps est τιμούχων (v. C.I. 3044. 3064.). Certe in titulo Teio C.I. 3065 πρύτανις nominatur. Similiter in Samo C.I. 2905. Lebedi ib. 2909. Ephesi ib. 2955. 2982. Alias eponymus στεφανηφόρος est, ut Smyrnae C.I. 3137. ex Ol. 134. (cf. C.I. 3173.), Iasi C.I. 2671. *b.* 2771. 2673-75. 2679. Teni ib. 2130-2333. 2337. ubi memoratur ὁ ἄρχων τὴν στεφανηφόρον ἀρχήν, Mileti C.I. 2852. sq. Prienae C.I. 2905. Aphrodisiade C.I. 2826. 27. 2831. sq. Mylasia C.I. 2693. *c. d.* (cf. 2693. *e.* 2713. 2714. et ad 2694.) in rebus, ut videtur, ad commune pertinentibus. Nam alias ex Regis anno et Cariae dynastâ tempora definiuntur Mylasensibus ut n. 73. cf. C.I. 2692. 2919. (*) Denique στεφανηφόρος est Stratoniceae C.I. 2715. et apud Phocacenses et Massilienses C.I. 3413. cf. 3415. Ex naufragio archontum eponymorum praeterea supersunt ἱππάρχης Cyzici C.I. 2157. ναύαρχος Abydi ib. 2160. ἐπιστάτης Sigei v. Chish. Ant. As. p. 50. ubi praescriptus est ὁ ἐπιμηνιεύων (cf. C.I. 2448.) πολιτάρχης Thessalonicae C.I. 1967. ac, ni fallor, in insulâ Paro C.I. 2379. ubi alias ἄρχων habetur, ut in tit. ed. in Act. Acad. Monac. 1835. cf. C.I. 2102. δήμαρχος Neapoli, v. Ignar. de pal. Neap. p. 129. coll. Strab. V. 216. ἀργυροταμίας Apameae in Phrygia.

Sed quemadmodum alius magistratus eponymus foederis est, alius singularum civitatum, ut ap. Boeotos, (v. pagin. praeced.) et apud Aetolos, quorum foederis magistratus στρατηγὸς est C.I. 1757. 3046. 2350. (cf. 1702. et ad 1694.), singularum civitatum θεωρός, ib. 1758. 2351. pro quo n. 95. (cf. C.I. 1757. *b.*) theororum scriba nominatur, sic magistratus civilis et sacer hinc inde pro eponymis habentur, ut Acarnanibus (C.I. 1793. *a. b. c.*) στρατηγὸς eponymus civilis, ἱεραπόλος sacer est. Et collegia quidem sacra constat eponymum sacerdotem praefigere solita esse, ut Amphictyones (Demosth. Cor. 278. 279. cf. C.I. 1688.), ut Heliastas Rhodiorum C.I. 2525. *b.* ut artifices Dionysiacos ib. 3068. Verum etiam in rebus civilibus sacerdotum eponymorum aliquando dominatur auctoritas, ut, quod dixi, difficilius sit in titulis quibusdam definire, simpliciter illi magistratus, an ratione rei, de qua agitur, pro eponymis sint habendi. Sic

(*) Στεφανηφόρος eponymus in civitatibus Asiae vel femina potuit esse, ut Aphrodisiade C.I. 2829. 2835. 2840. et Mylasis C.I. 2714. cf. ad 2694. Trallibus ibid. 2927. Smyrnae C.I. 3150. 3173. Πρύτανις mulier est in tit. Phocaeensi C.I. 3415. ubi Boeckh. provocat ad Vandal. Diss. p. 396.

βασιλεὺς eponymus est Megarensibus C. I. 1052. cf. 1057. certe post Ol. 102, 2. et ante dominationem Romanam; idem Chalcedone, in Megarensium coloniâ, v. Cayl. Rec. II. P. 3. tab. 55. et Samothracae C. I. 2157. 2158. 2159. cf. Liv. XLV. 5.

ἱάρης (i. e. *ἱερεύς*) Tegeatis C. I. 1513. cf. tit. ex aet. Rom. ap. Ross. l. c. n. 2. et Mantinensem ibid. n. 9. Item *ἱερεὺς* Eretriensibus circa Ol. 145. C. I. 2144. cf. fragm. ex ins. Co C. I. 2501. Smyrnae autem C. I. 3137. ex Ol. 134. *ἱερεὺς* magistratus sacer est, peculiari de causâ praescriptus. Sic etiam Rhodi C. I. 2905.

ἀμφίπολος Syracusanis inde ab Ol. 109, 2. v. Müll. Dor. II. p. 162.

ἱεραπόλος Gelensibus v. Maffei Mus. Veron. p. 329.

ἱεροθύτας Agrigentinis v. Grut. 401. 1. et Melitensibus, ibid. 400. 8.

ἱερομνάμων Byzantiis, v. Demosth. Cor. 255. Polyb. IV. 52. 4. coll. nummis ap. Eckh. II. p. 31. sq. qui in metropoli Megaris Posidonis sacerdos fuit. Müll. Dor. II. p. 168.

θεοκόλος Dymaeis in Achaiâ C. I. 1543. aet. Rom.

νεωποιός Halicarnassi C. I. 2656. et aetate Imperatorum in insulâ Paro C. I. 2396. *ἐπὶ νεωποιοῦ*.

2. In decretis igitur, ubi designatur tempus, praescriptum est *ἐπὶ — τοῦ δεῖνος* vel sine praepositione, ut *ἄρχοντος, στραταγέοντος τοῦ δεῖνος* etc. (*) et modo archon eponymus solus nominatur, ut in Boeoticis C. I. 1564. 1565. Aetolicis C. I. 1757. 3046. 2351. 3065. 2909. etc. modo cum mense, ut 1608. 1609. 1703. 2693.[c] modo cum *τῷ ἐπιψηφίζοντι* et mense, ut 1562. 1563.[a. b. c.] — *ἄρχοντος, μεῖνος — ὁ δεῖνα ἐπεψάφιδδε.* cum scriba et mense, ut Iasi C. I. 2679. *ἐπὶ στεφανηφόρου — γραμματέως δὲ — μηνὸς —.* Cum scribâ et strategis, ut Megaris 1052. *ἐπὶ βασιλέως — ἐγραμμάτευε βουλᾷ καὶ δήμῳ ὁ δεῖνα, ἐστρατήγεον οἱ δεῖνες.* — Cum scribâ et quaestore, ut in Locrico 1751. *ἄρχοντος — γραμματέως — ταμία —.* Cum epistatâ, scribâ, mense, ut Iasi C. I 2677.[b.] *ἐπὶ στεφανηφόρου — μηνός — ὁ δεῖνα ἐπεστάτει, ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν.* cf. 2671. 2673-75. Cum prytaniâ, scribâ, mense, ut in Halicarn. C. I. 2656. *ἐπὶ νεωποιοῦ — μηνὸς — πρυτανείας — γραμματεύοντος —.* Cum consiliariis, scribâ, mense, ut in Delphicis nonnullis, C. I. 1699. *ἄρχοντος — μηνός — βουλευόντων τὰν δευτέραν ἑξάμηνον τῶν δεινων, γραμματεύοντος τᾶς βουλᾶς τοῦ δεῖνος.* cf. 1700. 1701. 1704. 1705. 1706. 1709. 1709.[b.] Ross. Inscr. inedd. n. 67. Quippe annus in duo dispertiebatur semestria, quorum singula alios habebant praeter eponymum magistratus, unde formula *βουλευόντων τὴν πρώτην* vel *τὴν δευτέραν ἑξάμηνον* (sc. *περίοδον*). Delphis consiliarii quattuor sunt C. I. 1691. 1695. 1710. Itaque ubi de semestri agitur, ibi tantum duo nominantur consiliarii, divisis inter quattuor illos temporibus. Idem obtinet Teni (v. C. I. n. 202-206.) et Cnidi (C. I. 2654.) et in civitatibus quibusdam Siciliae, ut Gelae (v. Maff. Mus. Veron. p. 329.) certe aetate Romanâ. De bularcho in titulis Dauliensibus occupavimus pag. praec. Ceterum haud raro archontibus ratione rei, de qua agitur, alii adscripti sunt magistratus, ut sacerdotes in Boeoticis: *ἱεράδδοντος τοῦ δεῖνος* C. I. 1568. *ὁ δεῖνα ἱερέαδδε* ibid. 1576. *ἱερέως δὲ* — 1570. in Phocico

(*) Archontis eponymi mentio non semper cadit in principium decretorum; aliquoties addita in fine est, ut in Delphicis C. I. 1691. 1692. in Phocico ibid. 1724.[b.] in Locr. ibid. 1752. in Thessalicis ibid. 1771-1773. in decreto Achaeorum ibid. 1542. in Aetolico n. 79. (C. I. 2350.). Etiam in antiquissimo titulo Petil. n. 23. archon eponymus in fine perscriptus est, isque nominativo casu (cf. tab. Heracl. II.).

ἱερατευσάσας τᾶς δεῖνος ibid. 1725. in Mylasensi ἱερέως. ibid. 2693.[a] et in titulis universitatum vel collegiorum, ut in Delphico ap. Ross. l. c. n. 70. ἐπὶ Ἀμύντα ἄρχοντος, ἱερομνημονούντων τῶν δεῖνων — cf. C. I. 1694. 1689.[b] Similiter in Samothracio C. I. 2158. ἐπὶ βασιλέως — ἀγορανομοῦντος — aedilis mentio fit, utpote ad quem pertineat operum publicorum refectio, qua de agitur in titulo. Nec cumulata eponymorum mentio exemplo caret praesertim in titulis aetatis Romanae, ut in Cym. C. I. 3524. est: ἐπὶ ἱερέως τᾶς Ῥώμας καὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος — Πολέμωνος τῶ Ζήνωνος Λαοδικέος (i. e. regis), πρυτάνιος δὲ Λευκίω Οὐακκίω — στεφανηφόρου δὲ Στράτωνος τῶ Ἡρακλείδα, qui titulus pertinet ad a. u. c. 752-767.

3. In actis, quae diversas civitates spectant, duplex est temporis notatio; in quo quidem suam notationem primo loco ponit civitas ea, penes quam est decernendi auctoritas: sic in foedere Atheniensium et Lacedaemoniorum ap. Thuc. V, 19. ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν Ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος. Sic in titulis Atticis templum Deli liberae spectantibus, C. I. n. 158. ex Ol. 101, 3. Τάδε ἔπραξαν Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων ἀπὸ Καλλέου ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος, ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Ἐπιγένους ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἱππίου ἄρχοντος· et §. 4. ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Χαρισάνδρου, Ἱπποδάμαντος, ἐν Δήλῳ δὲ Παλαίου, Ἱππίου. ibid. ἐπὶ Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Ἱππίου. §. 7. ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Καλλέου, Χαρισάνδρου, Ἱπποδάμαντος, Σωκρατίδου, ἐν Δήλῳ δὲ Ἐπιγένους etc. cf. §. 8. et §. 9. et actum atticum de templo Deliaco explicatum a Boeckhio in Actis Academ. Boruss. 1834. Sic in decreto civitatis ex cleruchis Atticis in Salamine constitutae C. I. n. 108. post Ol. 123, 3. Ἐπὶ Ἐργοκλέους ἄρχοντος ἐν ἄστει, ἐν Σαλαμῖνι δὲ Ἄνδρωνος, Μεταγειτνιῶνος τετράδι μετ' εἰκάδας, Θεόξενος Καλλιμάχου Λευκονοεὺς εἶπεν etc. In titulo Delphico C. I. n. 1702. Ἄρχοντος Καλλικράτεος, μηνὸς Βουκατίου, ἐν δὲ Αἰτωλίᾳ στραταγέοντος τὸ δεύτερον .... ιτύρου, μηνὸς Πανάμου etc., et in Amphissensi C. I. n. 1707. (Cf. n. 74. C. I. 1567. 1573. 75. 1607.). Ἄρχοντος Στρατάγου, μηνὸς Ποιίου, ὡς Ἀμφισσεῖς ἄγοντι, ἐν Δελφοῖς δὲ ἄρχοντος Πυῤῥία, μηνὸς Ἡρακλείου etc. ubi de verbo ἄγοντι Boeckhius contulit epist. Philippi ap. Demosth. de Cor. 280. τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λώου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος, et similia. Triplex temporis nota est in decretis δίκης ἐκκλήτου de duarum civitatum controversiis, C. I. n. 2265. πέμπτης ἀπιόντος τοῦ Ἱππιῶνος μηνὸς ἐπὶ --- τῶν μετὰ Ἀρχεβίου, ὡς Ἐρετριεῖς, ὡς δὲ Νάξιοι ἐπὶ ἱερέως τοῦ Διονύσου Φιλοκρίτου τοῦ ------ μηνός, ὡς δὲ Πάριοι ἐπ' ἄρχοντος etc. cf. ib. n. 2905. I.

4. Post temporis notationem, quae tamen non minus saepe omittitur quam in actis Atticis universitatum et collegiorum factum videmus, formula solemnis sequitur haec: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ὁ δεῖνα εἶπεν· C. I. 2675 Iasi (cf. 2673. ubi om. τῇ β. καί). n. 116. Byzant. — C. I. 2053[b] Mesambr. — 2056. 2056[b] Odess. — 2058. 2062. 2059 Olb. — 2267 Del. lib. — 2268. 2347[c] Syr. — 2558 Cret. — vel omisso nomine latoris notatur, ut in Atticis aliquoties, cuius ex auctoritate sit prolata sententia, ut: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· πρυτάνεων γνώμη C. I. 2656 Halicarn. — 2677[b] 2674 (cf. 2671.) Iasi. — 2329. 2335 Ten. — 2483 (2484. ubi γνώμᾳ) Astypal. — 2671 (ubi γνώμα προστατᾶν) Calymn. — ἔδοξε τῷ δήμῳ· στραταγῶν γνώμη C. I. 3137 Smyrn. cf. 2264 Amorg. — vel transposito nomine latoris: ὁ δεῖνα εἶπεν· ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ut C. Inscr. 2352. 2353. 2354-57 Cei (cf. titt. Mylas. C. Inscr.

2693.[c] sq. (*) et Eretr. 2144. vel omisso, ut ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ Θρονιέων, C.I. 1751 Locr. Ἔδοξε τῦ δάμυ τῦ Ἐρχομενίων C.I. 1564. 1565 Boeot. Ἔδοξε τῷ δάμῳ C.I. 2679 Iasi. Ἔδοξε τῷ δήμῳ n. 72. (C.I. 2008.). Ἔδοξε τῷ δήμῳ τῷ Ναυπακτίων n. 79. (C.I. 2351.). Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων C.I. 1793.[a. b. c.] Ἔδοξε τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν C.I. 1542. Ἔδοξε τοῖς κόσμοις καὶ τᾷ πόλει C.I. 3048. 3050. 51. 3056. 57. Ἔδοξε τοῖς Αἰτωλεῖς C.I. 2350. Ἔδοξε Μυλασεῦσι n. 73. (C.I. 2691.[c. d. e.]). Ἔδοξε τᾷ πόλει τῶν Γερονθρατῶν C.I. 1334. Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ C.I. 1841-44. Ἔδοξε τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ ibid. 1755. Et in titulis universitatum vel collegiorum: ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτύοσι C.I. 1689. 1689.[b.] ἔδοξε τῇ Ὀτωρκονδέων φυλῇ C.I. 2693.[c.] ἔδοξεν τῷ κοινῷ τῆς Ἐχίνου συμμορίας C.I. 3066. —

Interdum deest formula ἔδοξε etc. praemisso verbis decreti solo nomine latoris, ὁ δεῖνα εἶπεν· ut in Boeoticis C.I. 1562. 1563.[a. b. c.] 1568. 1570. in Deliaco aet. Att. 2270. ita ut, nisi forte in praemissis habetur alia indicatio, veluti ἐκκλησίης κυρίης γενομένης (n. 73.), ἐκκλησίας γενομένης πανδήμου (C.I. 2059.), ἐκκλησία κυρία ἐν τῷ ἐκκλησιαστηρίῳ (C.I. 2270.), ἐκκλησία κατὰ τὸν νόμον (C.I. 2261.), ἐγραμμάτευε βουλᾷ καὶ δάμῳ (C.I. 1052. ubi ne latoris quidem nomen additum est,) quo decernente decretum factum sit, ex verbis demum rogationis ipsius appareat, in qua fere sequitur δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ vel δεδόχθαι τῷ δήμῳ, ut C.I. 1570. 1562. 1563.[a. b. c.] 1568. 2671. 2161. δεδόχθαι τοῖς Αἰτωλοῖς C.I. 3046. etc.

5. Quippe post solemnia praescripta verba ipsius decreti plerumque incipiunt ab ἐπειδή (ἐπεί, n. 116. C.I. 2059.), sequente apodosi in δεδόχθαι, vel simpliciter posito (C.I. 2056. 3053. 3137. cf. inscr. Melit. ap. Grut. p. 400, 8.) vel, quod frequentius est, additâ auctoritate quae in praescriptis aut exposita est aut indicata. Sic δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ C.I. 2329. 2335. 2352. 2354. 3051.[b.] 2268. 2347.[c.] 2674. vel δεδόχθαι τῷ δήμῳ C.I. 2353. 2357. 2267. Cf. 3050. 3051. 3065. 2693.[c.] (**) vel omissâ hac formulâ post protasin (ἐπειδὴ —) infinitivus infertur aptus ex praegresso ἔδοξε vel εἶπεν, ut ἐπαινέσαι C.I. 2483. 2484. ἐπηνῆσθαι ibid. 2675. ἀποκρίνασθαι ibid. 3048. hinc inde etiam tempus finitum: δίδομεν C.I. 3058. ἀναγράψομεν ibid. 3052. καλῶς οὖν ἔχον ἐστὶ στεφανῶσαι in tit. Gel. ap. Maff. Mus. Veron. p. 329. Omninoque simplicior formula est ea, qua post praescripta statim subsequitur oratio obliqua, ut n. 72. 79. cf. C.I. 2558. 2350. 2351. 2141. 2350. 1542. 1751. 1793.[a. b. c.] 1564. 1565. 1841-44. 1334 (haec post ἔδοξε) — ibid. 1562. 1563.[a. b. c.] 1568 (haec post ἔλεξεν).

Denique simplicissima forma est decretorum, qualis habetur in proxeniis, ὁ δεῖνα ἔδωκε τῷ δεῖνι προξενίαν etc. ut in Delphicis C.I. 1691. 1692. in Phocico ib. 1724.[b.] in Locrico ib. 1752. in Thessalicis ib. 1771-1773. — in actis de manumissione servorum, ὁ δεῖνα ἀφή-

(*) Raro nomen latoris vel τοῦ ἐπιψηφίζοντος genitivis absolutis pronuntiatur, ut τοῦ γραμματέως εἰπόντος C.I. 2715. — εἰσηγησαμένου τὸ ψήφισμα τοῦ δεῖνος, ἐπιψηφισαμένου δὲ τοῦ δεῖνος C.I. 2264. cf. 2059. Olb. Interdum archontes ipsi latores sunt: C.I. 2059. 2058. 2144.

(**) De anacolutho relativo, quod habetur in apodosis loco, ut δι' ἃ δὴ δεδόχθαι n. 116. δι' ἃ ἔδοξεν C.I. 2062. cf. Demosth. Cor. p. 289. et C.I. 2059. Levius est οὖν in apodosis loco positum, ut in tit. Gel. supra citato, et in decreto ex coll. Finlay. in quo δεδόχθαι οὖν τῷ δήμῳ στεφανῶσαι etc. Immo universum decretum incipere ab ἐπεὶ οὖν potest, quod a verbis pendeat in rogatione prolatis. Post illud δεδόχθαι qui sequi solet infinitivus aoristi activi, pro eo rarius perfectum passivi habetur, ut n. 70., n. 116. (cf. C.I. 2053.[b.] 2056. 2676.).

σιν, ἀνατίθησιν, ἀπέδοτο τὸν δεῖνα etc. ut C. I. 1608. 1609. 1699. 1700. 1701. 1703. 1704-1706. 1709. 1709.[b] 1710. 1725. 1737. cf. Ross. Inscr. inedd. I. p. 73. 74. 81. — in foederibus faciundis τάδε συνέθεντο — n. 77. cf. C. I. 2554. — ἐπὶ τοῖσδε συνέθεντο φιλίαν — ibid. 3137. — in testamentis τάδε διέθετο, C. I. 2448. cf. 1850. et inscr. Petil. n. 23.

CAPUT II.

DE CATALOGIS.

Catalogi varii esse possunt. Alii enim agonistici sunt generis et gymnici, alii archontum, prytanum, magistratuum, alii res sacras spectant, alii denique militares sunt, qui fere ad titulos sepulcrales referuntur.

1. Quemadmodum Olympici victores (Paus. III, 21. 1. V, 4, 4. 8, 3. VI, 2, 1. 7, 1. 13, 4. 5.), ita aliorum gymnicorum ludorum victores inscribebantur tabulis. Etiam poëtarum certamina consignabantur ex ordine annorum, fere ut victores Pandionidis C. I. 213. ex quo genere superest fragmentum ib. 231. cf. Boeckh. ad n. 229. Titulos agonisticos monumentis subscriptos, quae dicarant victores, ad honorarios rettulimus, ut n. 61. 65. 67. 70. C. I. 211. 212. 215-220. 223. 226. 226. *b*. 227. 1579. 1588. 2868. Catalogis proprie dictis fere haec formula praescripta est: ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος οἵδε ἐνίκων C. I. 1583-87. 1513-15. 3091. 2214. cf. ib. 244. 245. 3088. Catalogi gymnici, quibus adolescentes in gymnasiis exercitati inscriberentur, ante Romanam aetatem non confecti sunt. In his trita formula praescribitur: ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος — κοσμητεύοντος — παιδοτριβοῦντος C. I. 264. cf. 266. 267-70. 271-274. 276. 282. 285. inpr. 274. *b*. 287. vel simpliciter τοῦ δεῖνος κοσμητεύοντος C. I. 284. et in tit. Nax. ib. 2416. ἐπὶ γυμνασιάρχου τοῦ δεῖνος καὶ ὑπογυμνασιάρχου τοῦ δεῖνος. Memorabilis est temporis notatio ex epochâ Hadriani Athenas profecti C. I. 281. Ceterum huc pertinent catalogi Aphrodis. praemiorum ex ludis reportatorum C. I. 2758. 2759. Tales catalogos in gymnasiis expositos fuisse consentaneum est (Paus. VI, 6, 1.).

2. In catalogis archontum et prytanum aetate Imperatorum exaratis non multa sunt notatu digniora. Ex illo genere est tit. Att. C. I. 181. qui incipit: ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου Ξένων etc. cf. titt. Lacon. ib. 1237-1296. in quibus eponymus est πατρονόμος, et Tenios ib. 202-206. quorum initium est: ἄρχοντος τοῦ δεῖνος οἵδε ἦρξαν τὴν πρώτην ἑξάμηνον. cf. 2339. Catalogi prytanum Attici (C. I. 184. 185. 186. 189. 190. 192. 194-196.) hanc formulam habent praescriptam: ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος οἱ πρυτάνεις τῆς δεῖνος φυλῆς τιμήσαντες ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἀεισίτους ἀνέγραψαν· cf. ibid. 191. 193.

Ex catalogis magistratuum notabile est fragmentum aetatis Demosthenis (Diar. Archaeol. Hal. 1835. n. 5. p. 34.), in quo praescriptum fuit: τριήραρχοι ἀνεγράφησαν ὑπὸ τῆς βουλῆς; tit. Att. n. 103. cf. C. I. 283. et Messen. n. 113.

3. In reliquis catalogis numerari possunt indices quum eorum, qui pecunias vel alia polliciti essent in opus aliquod publicum perficiendum, ut Smyrn. C. I. 3140. 3144. 3148. etc. tum eorum, qui a deo aliquo curati memoriae proditam rem voluerunt, ut Epidaur. ap. Pausan. II. 27. 3. et alii ad res sacras pertinentes, ut fragmentum genealogiae Hierapytniae

C. I. 2563. familiarum sacrarum ib. 384. 385. sacerdotum Halicarn. ib. 2655. sacerdotum et ministrorum bereditariorum Metrop. ib. 3037. ministrorum sacris operantium Ephes. ib. 2983. νεωποιῶν ib. 2982. munerum mysticorum Thrac. ib. 2052. mulierum et virorum fortasse mysteriis initiatorum Hermion. ib. 1207-1211. denique index Car. ib. 2914. ἱέρεια ἐγένετο Ἀρτέμιδος Λευκοφρυηνῆς — et Sardian. ib. 3459. Ἀπολλώνιος ἀρχιερεὺς Ἀπολλωνίου τοῦ Θεοφάνου τὴν δεῖνα ἱέρειαν τῆς Σαρδιανῆς Ἀρτέμιδος ἀνῆκεν τοῦ φόρου Ἀθηνᾶς cetera is mire conceptus, ut plurimi tituli Sardiani.

De praescripto ἀγαθῇ τύχῃ in catalogis v. p. 319.

CAPUT III.

DE TITULIS HONORARIIS DEDICATORIIS VOTIVIS.

1. In bonorariis primo loco nominandi sunt tituli eorum, qui coronam vel tripodem vel lampadem vel tale quiddam reportatum, ut honos ipsis decretus palam fieret, dedicabant (cf. n. 58. vs. 30. sq.), addito nonnumquam nomine eius, qui ipsos honorasset. Primaria formula est: ὁ δεῖνα στεφανωθεὶς ὑπὸ τοῦ δεῖνος ἀνέθηκεν θεῷ. v. C. I. 95. ex Ol. 111, 4. cf. ibid. 179. 2528. 2031. et in agonisticis: ὁ δεῖνα νικήσας ἀνέθηκεν (θεῷ) n. 67. C. I. 224. 237. 1418. 1424. 1425. 1579-81. 1588. 2682. cf. simpliciorem catalogorum formulam titt. n. 64. 65. 70. Frequentissima omnino formula est ea, qua indicatur munus, quo quisque fungens honoratus est, ut C. I. 251. ex Ol. 110, 3.

Ἑρμῇ ἐναγωνίῳ Αὐτοσθε[νίδης]
Αὐτοσθενίδου Ξυπεταιὼν ἀνέθηκεν
γυμνασιαρχήσας Κεκροπίδι φυλῇ
εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα, στεφανω-
σάντων τῶν φυλετῶν ἐπὶ Χαιρών-
δου ἄρχοντος.

Hinc explicandus est tit. C. I. 128. breviore formulâ conceptus:

[ὁ ἱερε]ὺς Πανδίονος Ἀντισθένης
Ἀντιφάτους Κυθήρριος ἀνέθηκεν.
Οἱ φυλέται.

Et nomen quidem eius, qui quemque bonoravit, plerumque in coronâ scriptum est lapidi incisâ, ut C. I. 253. ὁ δῆμος (sc. στεφανοῖ). ibid. 132. ἡ βουλή. οἱ φυλέται. cf. ibid. 133. 177. 2219. 2874. 3034. 3073. (*)

(*) Cf. coronas decretis subiectas C. I. 100. 2270. 2271. 3079. Similiter C. I. 2097. post tit. honor. ὁ δῆμος Ἀγασικλῆ, ut praedicetur, quoties coronatus sit is, qui statuâ honoratur, in coronis scriptae causae sunt honoris, ut στρατηγήσαντι. ἱερατεύσαντι. γυμνασιαρχήσαντι. Atque alias praemiis arte effictis inscripta sunt genera victoriae vel ludi vel causae honoris, ut C. I. 236. ἀγενείους πένταθλον. Ibid. 234. in vase oleario Παναθήναια; in coronâ pineâ Ἴσθμια. in coronâ querneâ Νέμεα. in scuto ἐξ Ἄργους ἀσπίς. Ibid. 2873. προστασία νέων in coronâ. cf. 2249-52. 1430. 1431. Ceterum coronae aliquando integros titulos praestant, ut C. I. 134. 235. 259. et in decretis ibid. 108. 114. De coronis, quae civitatibus decer-

Vulgarem igitur formulam sequuntur tituli hi: ὁ δεῖνα γυμνασιαρχήσας ἀνέθηκεν C.I. 252. 253. cf. 254. 255. 1421. 1517. 2466. — ὁ δεῖνα θεσμοθετήσας ἀνέθηκεν, ibid. 177. — ὁ δεῖνα ἀγωνοθετήσας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι, ibid. 2118. — ὁ δεῖνα στρατηγήσας καὶ ἀστυνομήσας θεοῖς, ibid. 2524. — ὁ δεῖνα ἀγορανομήσας Ἑρμῇ in tit. insulae Sicini. v. Ross. Ind. Lectt. Univ. Athen. 1837-38. — ὁ δεῖνα ἱερομναμονεύσας — Ἄπλουνι, C.I. 1766. — ὁ δεῖνα μναμονεύσας ἁγναῖς θεαῖς, in tit. Siculo edito a Panofka in diss. de inscr. gr. theatri Syracus. p. 37. etc. Aliquoties res dedicata nominatur: ὁ δεῖνα — στέφανον Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ C.I. 2080. — ὁ δεῖνα τοὺς ἱππικοὺς στεφάνους Ἀπόλλωνι Πυθίῳ ibid. 2248. cf. 250. 243. vel insculpta lapidi est, ut tripus C.I. 2325. Tales tituli plerumque in monumentis vel in basi arae formam repraesentante inscripti sunt vel in columnis basis loco positis, in quibus fuerunt res dedicatae. cf. § 4.

2. Athenis post Solonem Harmodiumque et Aristogitonem primo Cononi urbis restitutori statua posita est. Fabulam de Pindari statuâ convicit Boeckh. ad Pind. II. P. II. p. 18. sq. Item post aetatem Phidiae Plataeis ad pedes Minervae Arimnesti imago fuit, in Marathoniâ et Plataeensi pugnâ ducis. v. Pausan. IX. 4. Imagines autem honorarias privatorum, qui non sacros ludos vicissent, ante bellum Peloponnesiacum constat fuisse rarissimas. Athenis in honorem civium de patriâ bene meritorum Hermas decerni solitos esse cum epigrammatis, Aeschines in Ctes. p. 80. Demosthenes adv. Lept. c. 93. Plutarchus Cimon. p. 482. docent; quorum a copiâ porticus Hermarum nomen traxit οἱ Ἑρμαῖ dicta. De formâ quadratâ hermarum cf. Pausan. IV. 33. 4. Sed labente republicâ statuae summâ cum liberalitate decernebantur, eratque earum duplex honor, ut publice darentur, et ut ex pecuniâ essent publicâ. V. Koehler. de honore statuae in Act. Acad. Monac. a. 1816. Saepe enim privatorum, civium locupletiorum, amicorum vel cognatorum impensis, vel ipsorum, quibus is honor haberetur, positae statuae sunt, decreto solum a civitate ornamento. (*) Etiam iconicae imagines sero in communem usum receptae sunt, qua de re disputavit Hirtius in Act. Acad. Boruss. a. 1814-1815. Ab eademque ambitione repetenda sunt monumenta defunctorum ut anaglyphis, ita statuis vel protomis ornata. V. Viscont. Iconogr. Gr. I. p. 582. sq. Imaginum collocandarum potestatem concedit populus vel Senatus atque Athenis aetate Imperatorum Areopagus vel Senatus Quingentorum. (**)

Talibus igitur hermis vel statuis vel imaginibus (***) qui tituli inscripti sunt ho-

---

nebantur, nota res est ex Demosthenis orat. de coronâ. Talis est ea quae decreta videtur populo Atheniensi in Pythiis, cum titulo ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναί[ων] Πυθίοις C.I. 1687.

(*) Unde formula προσδεξαμένου τὸ ἀνάλωμα τοῦ δεῖνος, ut praesertim in titulis Laconicis C.I. 1340. 1345. 1356. 1360. 1377. 1369. 1380. etc. vel passim ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναστάσεως vel τῆς ἀναθέσεως vel τῆς κατασκευῆς — C.I. 435. 444. cf. ibid. 1389. 2371. 2024. vel ποιησαμένου τὴν ἀνάστασιν τοῦ ἀνδριάντος ib. 2821. vel τῆς τιμῆς ibid. 2818. cf. 2814. 1121. Quam formulam Marinius fratr. Arv. p. 745. nube exemplorum excitatâ de curatoris officio accepit; quod ex parte verum est; v. n. 102. 109. 120. sq.

(**) Hinc formulae κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς C.I. 379. 445. 380. 402. 427. παρὰ Ἀρεοπαγιτῶν αἰτησάμενος ibid. 263. κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς βουλῆς τῶν φ' ibid. 189. 395. κατὰ τὸ ψήφισμα βουλῆς καὶ δήμου ibid. 1829. vel τῆς πόλεως ibid. 2586. κατὰ τὸ γεγονὸς ψήφισμα ὑπὸ τοῦ δήμου ibid. 2443. κατὰ τὰ γραφέντα αὐτῷ ψηφίσματα ibid. 2888. ψηφίσματι βουλῆς ibid. 1944. 1929. etc.

(***) In basi vel in columellâ, cui olim institit statua, C.I. 2698. 2888. 3002. 2933. 2525. Interdum tituli honorarii etiam laminis aereis statuae suffixis inscripti fuerunt; cf. C.I. 1897. Alias eius-

norarii aut simpliciter honorarii sunt aut iidem sepulcrales, habentque formulam vulgarem hanc: ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἀνέστησεν, C.I. 2597. 2124. 2108.*f.* — 1812. 2384. (*) vel ἀνέθηκεν, n.89. C.I. 258. 375. 410. 432. 1228. 2273. 2288. 1201. 1060. — 3225. vel omisso verbo, quod longe frequentissimum, ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα, n.102. C.I. 130. 412. 413. 419.[b] 364-366. 370.[b] 1205. 1412. 1414. 1415. 1437. 1438. 1441. 1626. 2221. 2223. 2197. 2098. 2760-65. 2307. 2425. 2772. 2945. 2527. 2805. 2584. 2588. 2502. 2614. 3004. 3035. 3172. — 1629. 1934. 1999. 2045. 2162. 2146. 2480. etc. Additur haud raro ἀρετῆς ἕνεκεν etc. ut n.82. 84. 86. C.I. 359. 419.[b] 364. 365. 1162. 1630. 2461. 2371. 2288. 2583. 2584. 1938. 1635. 2281. 2283. 2287. 2293. 2458. 1929. 2459. 2099. 2376. 2377. 2275. 2280. etc. vel διὰ τὰς εἰς τὴν πατρίδα εὐεργεσίας ibid. 3035. vel ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα περὶ τὸν δῆμον καὶ εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τοῦ δήμου, ib. 130. cf. supra n.89. et C.I. 1389. 1415. 1631. 1130. sq. 2698. vel τὸν πάτρωνα καὶ εὐεργέτην, ib. 1880. 1878. 2049. 2425. cf. Cic. Verr. Act. II. 2. 263.

Quumque statuae illae vel imagines sive a republicâ sive a privatis positae diis dedicentur (cf. Welck. Syll. p. 196. ad n. 146.), saepe id expressum habetur addito θεοῖς, ut C.I. 1545. 2760. 1109. 1545. 1878. 1879. 1884. 1938. 2086. 2444. 2443. 2458. 2432. 2433. 2471. 1056. 1085. vel τοῖς θεοῖς C.I. 1604. cf. tit. Rheg. ap. Gualth. n. 364. p. 54. — vel θεοῖς πᾶσι C.I. 2225. cf. tit. Sicul. ap. Castell. V. 4. p. 44. vel pro re natâ Ἀθηνᾷ Πολιάδι C.I. 431. cf. 407. — Ἀπόλλωνι 1594. 2281. 2286. 2287. 2289. 2291. cf. tit. Ther. 106. in Act. Acad. Boruss. 1836. et Ross. Inscr. inedd. I. n. 68. 69. C.I. 2280. 2285. — Ἀρτέμιδι Ὀπιταΐδι ibid. 1934. — Ἀσκλαπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ C.I. 1939. — Ἀφροδίτῃ ibid. 2618. 2620. — Δήμητρι καὶ Κόρῃ ibid. 387. 388. 443. 444. 448. 1434. 392. 399. 409. cf. 1197. vel ταῖν θεαῖν ib. 393. — Διονύσῳ ibid. 374. 3072. 1600. — Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ ibid. 1880. cf. 2120.[b] 2431. — Μητρὶ θεῶν ibid. 99. ex Olymp. 114, 1. — Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρποκράτει, ibid. 2293. etc.

3. Frequens in titulis publicis est praeterea formula ὁ δῆμος vel ἡ βουλὴ τὸν δεῖνα ἐτίμησε ταῖς πρώταις τιμαῖς C.I. 2814. 2820. ταῖς πρώταις καὶ μεγίσταις τιμαῖς ib. 2775. ταῖς καλλίσταις τιμαῖς ib. 2769. ταῖς καλλίσταις καὶ μεγίσταις τιμαῖς ib. 2766. 2770. 2778. χρυσέῳ στεφάνῳ, προεδρίᾳ ἐν ἀγῶσι, χαλκέᾳ εἰκόνι, ib. 2487. 2488. 2376. 2377. τῇ τε εἰκόνι καὶ ταῖς τιμαῖς etc. ib. 2699. in quo notabis ellipsin verbi ἐτίμησε C.I. 2383. 3085. vel ἐστεφάνωσε καὶ ἐτίμησεν εἰκόνι γραπτῇ ἐπιχρύσῳ C.I. 2879. ἐτίμησε καὶ ἐστεφάνωσε χρυσῷ στεφάνῳ ib. 2378. cf. 2379. vel etiam simpliciter ἐτίμησε, in titt. ut plurimum sepulcralibus, C.I. 2779. 2819. 2190. 2460. 2462-63. 2509. 3451. etc. (**) quo in honore fere usu venit illud, quod paullo ante de statuis

---

modi tituli reperiuntur in columnis ornatis cf. C.I. 287. Praeterea constat bases aliquando plurium honoribus inserviisse, siquidem e. g. in eadem basi, quae Sophoclem sustinebat (C.I. 387.), postea Xenagoras, unus ex posteris, collocatus est (ib. 390.), aut remanente Sophoclis imagine aut demptâ. cf. O. Müller. Archaeol. § 158. (159) ed sec. Hinc etiam de titulis ad diversos honores pertinentibus existimandum est. v. C.I. 1214.

(*) Raro ἔστησεν, ut C.I. 2461. 2794. quae vox, ut ἔθηκεν (C.I. 992.), in poësi frequentior, ut n.43. C.I. 136. 373.[b] in Add. In titulis serioris aevi etiam ἀγάλματι ἀνέστησεν C.I. 2039. 2109.[c] — ἀνέστησεν ἐν ἀνδριάντι μαρμαρίνῳ ibid. 2384. — ἀνδριάντι ἐκόσμησε ibid. 2804. 1943. ἐτίμησεν ἀνδριάντος ἀναστάσει ib. 2507. καθιέρωσε καὶ ἀνέστησεν ibid. 2760. 2697.

(**) Integros titulos honorarios sepulcris inscriptos habes C.I. 2771. 2776. 2786. 2801. 2817. Sic monumentis testamenta subscribuntur; C.I. 2448.

monuimus sumptu aliorum positis; resque eo redit, ut dicatur *ὁ δῆμος ἐτίμησε τὸν δεῖνα· τὰς δὲ τιμὰς ἀνέθηκεν ὁ δεῖνα*, qualis formula revera exstat C.I. 2814. Atque haec formula usitatissima est in titulis sepulcralibus civitatum quorundam, in quibus quum mos esset coronandi mortuos, eius honoris memoriae conservandae causa corona cum titulo imponebatur sepulcro. Cf. Cic. pro Flacco c. 31. et Osann. diss. de hoc loco, Gissae, 1830. decretumque Smyrnaeorum C.I. 3185. Unde e.g. *ὁ δῆμος ἐτίμησε τὸν δεῖνα εἰκόνι χαλκέᾳ καὶ στεφάνῳ διηνεκεῖ* C.I. 2486. *στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ* ibid. 1911. 2380. 2381. 2382. 2426. 2427. 3252. 3255. *ἐστεφάνωσε καὶ ἔθαψε δημοσίᾳ* ibid. 2724. Quibus addi solet *ἀρετῆς ἕνεκεν* vel *τῆς περὶ τὸν βίον σωφροσύνης ἕνεκεν* C.I. 1929. *σωφρόνως βιώσασαν* ibid. 2469.b. *ἄριστα βιώσαντα* ibid. 2478. 2479. *ζήσαντα πρὸς ὑπόδειγμα ἀρετῆς* ibid. 2807. *προμοίρως βιώσαντα* (i.e. immaturâ morte defunctum cf. C.I. 2383.) ibid. 1941. 2380. 2381. 2382. 2426. 3255. saepissime *μνείας χάριν* s. *μνήμης χάριν* ibid. 1790. 1791. cf. ad 1959. Et honore quidem coronae nihil in Smyrnaeis frequentius, in quibus haud raro nomen populi inscriptum est coronae, ut C.I. 3214. 3217. 3219. 3220. 3221. 3226. 3228. 3229. 3231. 3232. 3237. 3240. cf. 3251. In iisdem accusativus simplex pendet ex formula *ὁ δῆμος* (sc. *στεφανοῖ*), quae subinde interiit, ut C.I. 3350. (*) Sed habetur etiam nominativus, ut ib. 3157. 3299. Denique in honoribus defunctorum referri potest *ἡρῷον*, quo *ἥρως* i.e. defunctus (v. C.I. 1629. 2427. 2486. et fem. *ἡρωΐνη* s. *ἡρωΐς* ibid. 1944. 3285.) ornatur. (**) De *ἡρῴοις* cf. Sallier. Hist. Acad. Inscr. T. VII. p. 189. Journ. d. Sav. 1833. p. 150. et quae Welcker. congessit Syll. epigr. p. 32. sq. Unde quod alibi dicitur *ἔθαψε* (C.I. 2725. 2726.), in Therâ est solemne *ἀφηρωΐζειν* C.I. 2468. 2469. 2469.b. 2470-2473. vel *ἀφηρώϊξε καὶ ἐτίμασεν* ibid. 2467. qui titulus nunc est etiam in Act. Acad. Boruss. 1836. n. 107.

De praescripto *ἀγαθῇ τύχῃ* in huiusmodi titulis vid. p. 319.

4. Constat inde ab antiquissimis temporibus Graecos figuris arte effictis interpretationem solitos esse adscribere (cf. Mus. Pio-Clem. IV. p. 246.). Quod fere fit indicato solo nomine eius qui quaque figurâ repraesentatur, ut sub imagine Aeschinis scriptum est ΑΙΣΧΙΝΗΣ (C.I. 2000.), sub imaginibus Gratiarum ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ et ΑΓΛΑΙΑ (C.I. 2756.) cf. anaglyph. antiq. C.I. 40. et turr. Cyrrhest. C.I. 518. Mittimus reliquias artis pictoriae (v. n. 26. cf. vasa ap. Ros. Inscr. vetust. p. 78. etc.). Quod volumus, hoc est. In monumentis ubi nuda nomina subscripta sunt, saepe cavendum, ne honores mortalibus collatos cum donariis vel tabulis votivis confundamus; quod non moneremus, nisi lapides plerumque mutili essent. Quippe eorum, qui statuis vel imaginibus honorantur, aut casu nominativo subscripta sunt nomina, ut in monumento Philopappi C.I. 362.b. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Φιλόπαππος βασιλέως Ἐπιφάνους τοῦ Ἀντιόχου (cf. ibid. 363. 418. 1813. 2148. 2149. et tit. Taurom. ap. Castell. VIII. 10. p. 108.) (***) aut casu genitivo, ut C.I. 2657. Τιβερίου Ἰουλίου

(*) In titulis honorariis fere regnat accusativus, qui haud raro solus superest ex formulâ *ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα*, ut C.I. 2989. 2783. 2785. 2789. 2795. 2798. 2771. Minus hic usus offendit in titulis, qualis est supra n. 106. cf. C.I. 406. 2787. 2788. 2790. 3421. Quamquam in plurimis haud dubie *ὁ δῆμος* vel simile quiddam interiit, ut C.I. 419. 135. 368. 1884.

(**) Non semper *ἥρως* est *defunctus*. V. C.I. 2383.

(***) Disertiores sunt tituli C.I. 408. 411. et oratione longo anfractu circumscriptâ ib. 2880. 2881. 2885. 2886. cf. 2869.

Καίσαρος etc. (cf. ibid. 1626. 2719.). Uterque autem casus hinc inde comparet de iis, qui aliquam rem dedicaverunt, ut C. I. 1466. Λαυαγήτα Ἀντιπάτρου ἱέρεια, ib. 1493. sub statuâ Augusti ὁ δᾶμος. cf. 508. 389. 1165. 1467. 2784. 1997. (*) Quamquam nominativo quidem dedicantis, nisi additum est nomen eius, cui quid dedicatum est, (**) plerumque succedit verbum ἀνέθηκεν, ut n. 25. C. I. 469. 470. 450.b. et 470.b. in Add. 485. 1823. 2434. 1144. 1178. 1184. etc. — Genitivus autem dedicantis vel potins eius, qui vovet, (***) est n. 91. C. I. 2492. Βασιλέως Πτολεμαίου θεοῦ Εὐεργέτα. ibid. 2274. Βασιλέως Φιλίππου Μακεδόνων. ibid. 2276. Βασιλέως Μιθραδάτου Εὐεργέτου. cf. ib. 2277. 2279. 2036. et Herodot. I. 51. Λακεδαιμονίων, ubi grammatici δῶρον vel ἀνάθημα intelligi iubent. (†)

5. Sed ut titulos honorarios et dedicatorios certis finibus non licet distinguere, ita, dum loquimur de illis, ad hos delati sumus. Tituli dedicatorii scribebantur modo in rebus ipsis quae dedicantur, ut in galeâ ex victoriâ reportatâ n. 27. 29. in lebete aheneo C. I. 32. 2278. in lepore aereo C. I. 2247. in statuâ vel simulacro n. 25. 44. 45. Cf. C. I. 1105. 1106. 2465. 2481. in sellâ marmoreâ C. I. 461. 462. in aris C. I. 1316. 1822. 2367. 2036. 2299. 2303. 2305. etc. in stelâ anaglypho ornatâ C. I. 2292. in hermâ ib. 457. in columnâ n. 21. cf. C. I. 2713. 2714. 2748. in πλίνθῳ ib. 487. in templis denique et operibus publicis, ut in epistylio templi C. I. 471. 1298. 2696. in anta templi C. I. 2138.b. 2904. in coronâ quam vocant architecti ib. 2385. cf. 2407. in parietibus templorum; v. Letronn. Recherch. pour servir à l'histoire de l'Égypte. coll. supra n. 81. quae lamina est aurea parieti affixa. cf. supra p. 329. not. 3.*) in exedrâ C. I. 1694. 2683. in porticu ib. 2274. in stadio ib. 27. in stoâ ib. 2154. in ponte ib. 2958. modo in basi plerumque arae formam repraesentante vel in columnis basis loco positis, in quibus donaria fuerunt vel imagines dedicatae n. 51. 84. C. I. 2103.b.c. 2157. 2276. 2277.a. 2279. 2365. 2525.b. 2526. 2528. vel in πίναξι (Plut. Themist. 5.) tabulisque votivis C. I. 2429. 2071. 2076. 2077. 2391-2396. Et hi quidem lapides interdum res dedicatas insculptas referunt, ut crus C. I. 1769. ut cincinnos ib. 1769. cf. Paus. VI. 13, 6. vel aliis sunt anaglyphis ornati, ut C. I. 2096.e.f. 2054. 2158. 454. 455. Donaria alia in templis vel in viciniâ templorum (cf. C. I. 1794. a. Pausan. II. 27. 4. cf. Boeckh. C. I. ad n. 213.) dedicantur, alia in aliis locis publicis, ut Athenis in via quae dicta est Tripodes (Paus. I. 20. pr.). Quid? quod aereae columellae inventae sunt in cellulis rupi incisis C. I. 507. unde tituli aliquando vivo saxo insculpti n. 4. 5. 6. C. I. 1601. 1602. 1728. 2387.

Horum titulorum formula solemnis haec est: ὁ δεῖνα ἀνέθηκεν (††) θεῷ, vel, quod

(*) Disertiores sunt tituli C. I. 2276. 2279. et monumentum Sardianum ib. 3450. in honorem Tiberii positum, in quo subscripta sunt nomina legatorum apposito unicuique verbo ἔδοξεν, quo singulae civitates ex decreto factum monumentum testarentur.

(**) Memorabilis dativus est titt. 1559. 1560. Δαμόκλεια Ἰκέτι. Δαμόκλεια Ἀρετοῖ, quo, Boeckhio iudice, continentur nomina puellarum recens natarum, ob quas mater vota solverit Ilithyiae.

(***) Nam is qui vovet, non semper idem est qui votum exsolvit, ut C. I. 2276. Mithradates est vovens, Seleucus gymnasiarcha dedicans. cf. ibid. 2279. et epigramma ap. Pausan. VIII. 4. 2.

(†) Aliter explicandus est genitivus ille, qui legitur in inscriptionibus theatri Syracusani, de quibus bene disputavit Goettlingius in Mus. Rhen. II. p. 103. sqq. et 189. sq.

(††) Interdum ἔθηκεν C. I. 2392. ἔστησεν in tit. Rom. ap. Osann. Syll. p. 543. quae in poësi fre-

etiam frequentius, ὁ δεῖνα θεῷ, ut θεοῖς C. I. 1754. 1847. 1848. 1849.[b] cf. 452. vel pro re θεᾷ ἁγνῇ sub anaglypho cum protome Cybeles in Mus. Paris. Cat. Clarac. 637. θεοῖς πατρῴοις Marm. Ox. XVII. Chandl. etc.

Ἀθηναίᾳ in tit. Att. ap. Ross. Kunstbl. 1836. n. 16. cf. C. I. 490. 2660. Ἀθηνᾷ C. I. 492. Ἀθάνᾳ ib. 1592. Ἀθηνᾷ ἀρχηγέτιδι supra n. 98. C. I. 476. Ἀθηνᾷ Λινδίᾳ 2103.[c] Ἀθηναίᾳ Πολιάδι 2904. 2565. Θεῷ Ἀπατούρῳ 2133.

Ἀπόλλωνι ib. 2365. 2366. 1726. 1174. 1142. 2367. 466. Ἀπόλλωνι Ἀρισταίῳ 2364. Ἀπ. Ἀσκληπιῷ 1175. Ἀπ. Διωχίῳ 2132. Ἑκατηβελέτῃ 1176. Ἀπ. τῷ δεκατηφόρῳ 1142. cf. 1143. Ἀπ. Πλαρατεῖ 2862. Ἀπ. τῷ Πριηνεῖ 2247. Ἀπ. προστάτῃ 2067. Ἀπ. Πυθίῳ 2481. Ἀπ. Ταρσίῳ 495. Ἄπλουνι Τεμπείτᾳ 1767. Ἀπ. ἐπηκόῳ 2290.

Ἀρτάμυτι ib. 1772. cf. 1849 Ἀρτέμιδι 2227. Ἀρτ. Βορειτηνῇ ib. 3477. Ἀρτ. Εἰλειθυίᾳ 1596. 1597. Ἀρτ. Ἐφεσίῃ 2228. cf. 3155. Ἀρτ. Θερμίᾳ εὐακόῳ 2173. cf. 2172. Ἀρτ. Κελκαίᾳ 1947. Ἀρτ. λοχείᾳ τᾷ εὐεργέτιδι 1768. Ἀρτ. Φεραίᾳ 1837. Ἀρτ. Ὀπιταΐδι 1934. Ἀρτ. Σωτείρᾳ 2181. Ἀρτ. εὐακόῳ 2172. 2173. 2566. Ἀρτ. λυσίᾳ σωτείρᾳ θεᾷ ἐπηκόῳ ap. Grut. 40. 10. Ἀρτέμισι πράαις 1598.

Ἀσκλαπιῷ ib. 1794.[b] Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ 2046. 2038. 2390. 2392. 93. 96. 2428. 2429.[b] Ἀσκληπιῷ Παιήονι 3158.

Ἀφροδίτῃ ib. 507. 2108.[c] 2109. 1873. 2125. 1233. cf. 1798. 99. et Ross. Inscr. Inedd. I. n. 35.

Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ ib. 2076. 77.

Δάματρι ib. 1196. Δήμητρι 2107. 2108. Δήμ. Θεσμοφόρῳ 2106. Δάμ. χθονίᾳ 1198. 1194. 1195. Δάματρι καὶ Κόρᾳ 1727. cf. 471. Δάματρι, Κλυμένῳ, Κόρᾳ 1199.

Διΐ n. 27. C. I. 2081. Διῒ Ἀσκληπιῷ 1198. Διῒ Ἀταβυρίῳ 2103.[b] Διῒ Εὐβουλεῖ 1948. Διῒ μεγίστῳ 1171. Διῒ Μειλιχίῳ 2150. Διῒ ὀλβίῳ 2017. Διῒ ὑψίστῳ 498. Διῒ σωτῆρι 2084. 2526. cf. 1798. 99. Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι in tit. Aeg. ap. Letronn. Rech. p. 473. Διῒ καὶ Ἡρακλεῖ C. I. 2385.

Διονύσῳ ib. 1601.[c] 1777. 2451. 1599. cf. 2465. 3160. 3161.

Διοσκόροις ib. 1824. 2165. Διοσκ. Ἰστωναίοις 1874.

Ἑκάτῃ ib. 2897.

Ἑρμῇ ib. 1461. 1462. 2386. Ἑρμῇ ἀγοραίῳ 2078. cf. 2156. metr. — Ἑρμῇ, Ἡρακλεῖ 1871. cf. 2430.

Ἔρωτι Οὐρανίῳ ib. 3157.

Ἡρακλεῖ ib. 2102. Θαλλοφόρῳ εὐακουστῳ Rom. ap. Grut. 49. 1. ὁπλοφύλακι C. I. 3162.

Θέμιδι ib. 461.

Ἴσι ib. 2291. Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ in tit. Diar. Archaeol. Hal. a. 1835. n. 22. cf. C. I. 2295. Εἴσιδι Πελαγίᾳ εὐακόῳ 2174. — Ἴσιδι εὐακόῳ 2174. Ἴσιδι ἐπηκόῳ 2300. Ἴσιδι, Σαράπιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρποκράτει, v. Diar. Arch. Hal. a. 1835. n. 4.

---

quentiora. De arâ et similibus etiam ἱδρύσατο C. I. 1177. 2295. 3155. 3171. 2567. 2568. quod est in titt. serioris aevi ἀνήγειρεν v. Burckh. Trav. in Syr. p. 78. Aliquando εἵσατο C. I. 2367. cf. Ther. 109.[a] in Act. Acad. Boruss. 1836. In titt. recentioribus aliquoties ἀφιέρωσε C. I. 1171. καθιέρωσε ib. 2698[b] 3158. (cf. Letronn. Rech. p. 429.); semel etiam ἐνεχείρισεν, ἐτέλεσεν, καθιέρωσεν C. I. 2870. quae formula similis Latino D. D. D.

Κάστορι Ther. 102. in Act. Acad. Boruss. 1836.

Κρονίονι Ther. 82. in Act. Acad. Boruss. 1836.

Μητρὶ θεῶν C.I. 487. Μητρὶ θεῶν σωτείρᾳ ἐπηκόῳ in tit. Canopi aet. Ptolem. ap. Jomard. Descr. Ant. Aeg. V. tab. 56. n. 23.

Μητρὶ Νομαίᾳ incerti loci. v. Prodr. Inscr. gr. e Mus. Reg. Holm. Upsal. 1833. VII.

Νεμέσει C.I. 462. 3162.

Νύμφαις ib. 2387. cf. 456. Νύμφαις Ὀμπνίαις 454. Νύμφαις, Πανί 1601. *a.*

Πανί ib. 1602. 1601.[b] Πανί, Νύμφαις 1602. Συμπεριπόλῳ Πανί, Νύμφαις 1728.

Πλούτωνι καὶ Κόρῃ ib. 517.

Ποσειδῶνι ib. 1769.

Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἀρποκράτει, Διοσκούροις ib. 2302. Σαρ. Ἴσ. Ἀνούβ. Ἀρποκρ. Κανώπῳ 1800. Σαράπι, Ἴσι, Ἀνούβι 1729. 2304. Simpl. Ἀνούβιδι 2299.

Ὑγιείᾳ ib. 460. Ὑγείᾳ καὶ Ἀσκληπιῷ 2391.

Etiam ἀγαθῇ Τύχῃ 1950. 3174. cf. 2510 et 2642. ubi τῇ ἀγαθῇ Τύχῃ et 2693.[b] ὁ δῆμος τύχῃ ἐπιφανεῖ βασιλέως. In tit. Rom. ap. Osann. Syll. 543. Θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ μοίρᾳ. et in tit. As. ap. Richter. Itin. p. 555. n. 5. Τῇ Τύχῃ τοὺς τέσσαρας λαμπαδηφόρους ἀνέθηκεν. — Θεῷ μεγάλῳ βροντῶντι in tit. Rom. ap. Maffei. Mus. Veron. p. CCCXVI. 1. cf. Murat. I. p. VIII. 8. Θεῷ ἐπηκόῳ βροντῶντι in tit. Rom. Oderic. Syll. Inscr. I. p. 176. Θεᾷ φωσφόρῳ C.I. 3167. (*) et nominatâ re quae dedicatur, ut ἀπαρχήν in tit. Attico ap. Ross. Kunstbl. 1836. n. 16. — δεκάτην C.I. 2660. cf. 1772. et Diar. Archaeol. Hal. 1838. n. 41. — τὸν βωμὸν C.I. 476. 2367. 2691.[a. b.] 2367. 1171. — τὸ ἄγαλμα ib. 2298. — τὸν ἀνδριάντα ib. 2465. cf. 2505. 2861. et supra n. 45. — τὸ ἕδος C.I. 491. — τὸν κίονα ib. 1947. 2748. — τὴν ἐργασίαν τοῦ κίονος ib. 2862. — τὴν κονίασιν ib. 2297. — τὰ κιόνια καὶ τὸ αἴτωμα καὶ τὰς κιγκλίδας etc. ib. 481. — τὸν ναόν ib. 2904. — τὸ πρόναον in tit. Aeg. ap. Letronn. Rech. p. 42. — τὸν σηκόν ib. p. 76. — τὸ τέμενος n. 81. C.I. 3155. cf. Letronn. l. c. p. 6. — τὸν πύργον C.I. 2081. cf. ib. 1948. 2748. — τὰν ἐξέδραν ib. 2430. — τὰς στοάς ib. 2125. 2611. — τὰν κράνναν καὶ τὸ ὑδραγώγιον ib. 2172. — τὸ ὡρολόγιον ib. 2510. 1947. — τράπεζαν in tit. Panorm. ap. Castell. I. 18. p. 9. — τοὺς τέσσαρας λαμπαδηφόρους in tit. Syr. ap. Richter. Itin. p. 555. n. 5. cf. C.I. 3169. (**) — τὰς Νεμέσεις C.I. 3161.

Haud raro additur formula ὑπὲρ τοῦ δεῖνος, praesertim in votivis ut ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ τὴν παιδικὴν τρίχα C.I. 2391. cf. 2392. 2393. — ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας στρεπτὸν χρύσεον ib. 2067. cf. 2068-2075. 2078. ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας — τὸν σηκόν in tit. Aeg. ap. Letronn. Rech. p. 76. cf. ib. p. 20. 344. et C.I. 1191. (***)

(*) Etiam in donariis hinc inde nuda deorum nomina habentur modo genitivo casu expressa modo dativo, ut Διὸς Ὀλυμπίου C.I. 2171. Ζηνὸς Ὀλυμπίου ib. 30. cf. 2867. 2896. 2750. 3074. 2655.[b] 1540. 1595. 465. 2865. 1173. 2610. etc. Plene Ἀρτέμιδος ἱερόν ibid. 155. vs. 36. cf. 463. — Διὶ Πανελληνίῳ C.I. 2138.[b] Ἀπόλλωνι προστατηρίῳ, ἀγυιεῖ 464. Ἡλίῳ 494. Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ 510. Ἀπόλλωνι Διδυμεῖ καὶ Ἀσκληπιῷ Σωτῆρι καὶ Ὑγιείᾳ 2864. cf. 430. 425. 2414.

(**) De rebus a Diis dicatis in inscriptionibus v. Welcker. Syll. Epigr. p. 215.

(***) Exempla varia, in quibus tamen res dedicata non nominatur, v. C.I. 460. 1180. 2038. 2046. 2076. 2077. 2105. 2107. 2108. 2108. *g.* 2227. 2299. 2390. 2302. 2429. *b.* 2451. 2481. 2567. 2568. 2757.

6. Propria in rebus gratiarum referendarum causa dicatis formula est haec: ὁ δεῖνα εὐξάμενος εὐχὴν ἀνέθηκεν θεῷ, i. e. qui donarium offert votum susceptum solvit, postquam deus addixit, C. I. 2566. (*) et εὐξάμενος εὐχὴν simpliciter ap. Murator. 35. 3. Ignarra de inscr. Heracleae reperta p. 9. Unde plerumque εὐξάμενος ἀνέθηκεν n. 146. C. I. 455. 496. 509. 2119. 2120. vel εὐχὴν ἀνέθηκε ib. 506. 2011. εὐχὴν ἀνέστησε ap. Grut. 1073. 1. εὐχὴν ἐποίησε in titt. Rom. ap. Osann. Syll. p. 426. εὐχὴν ἐπλήρωσεν in tit. Rom. ap. Marini. Act. fratr. Arv. p. 573. saepissime suppresso verbo, εὐχήν C. I. 497. 499. 500. 501. 503. 504. 505. 1869. 1949. 2300. 2303. 2389. 2482. 2663. 2230. 2716. 3164. etc. Rarius ἐκτελῶν εὐχήν Pitt. di Ercol. V. p. 263. vel εὐχῆς χάριν ap. Grut. 68. *b*. vel εὐχαριστῶ n. 31. C. I. 502. vel εὐχαριστῶν (ἀνέθηκεν) n. 130. C. I. 1874.$^{b.}$ frequentius εὐχαριστήριον vel χαριστήριον (ἀνέθηκεν) C. I. 517. 2054. 2084. 2096. *e*. — 2096. *d*. cf. 1606. 2017. — 2096. *f*. 2231. 2290. 2077. 2103. *b*. 2103. *c*. 2305. 2565. 3039. 1598. 495. 498. etc. Semel atque iterum ἐπιτελεῖ εὐχαριστήριον v. Maffei. Mus. Veron. p. 58. Murator. 19, 4.

7. Praeterea civitati, universitatibus, personis res dedicantur, ut stadium δήμῳ Ἀθηναίων in tit. Att. C. I. 27. τὸ ἐπιστύλιον καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῦ κόσμον τῷ δήμῳ ibid. 2751. 2752. 2753. τοὺς πυλῶνας τῇ πόλει ibid. 521. cf. 1463. 1111. τὴν στοὰν τῇ πατρίδι ibid. 1459. cf. 2925. 1104. τὰ ἱερὰ τῇ φυλῇ n. 132. C. I. 2048. Interdum praemisso dei nomine ut Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ δήμῳ 2748. Διὶ Κεραυνίῳ Ἀφροδίτῃ, πόλει, δήμῳ, ὁμονοίᾳ 2641. Διοσκούροις καὶ τῇ πόλει in tit. Ital. ap. Letr. Rech. p. 429. τύχᾳ ἀγαθᾷ καὶ ἀγαθῷ δαίμονι καὶ τῷ δήμῳ, C. I. 2510. τῷ δεῖνι τὸ καὶ τό. ibid. 2278. 2090. 2092. 2698.$^{b.}$ 2088. 2629 (qui titulus idem honorarius est); praesertim regibus, ut Θεοῖς σωτῆρσιν (i. e. Ptolemaeo et Berenicae) ap. Letr. Rech. p. 39. et Imperatoribus, quorum varia in his adulatio. C. I. 1810. Αὐτοκράτορι θεοῦ υἱῷ Σεβαστῷ Μαλλῶται. cf. ibid. 1822. 1968.$^{a. b.}$ 1521. 1537. 2087. haud raro praemisso dei nomine, ut C. I. 2863. Ἀπόλλωνι Διδυμεῖ καὶ Αὐτοκράτορι Ἀδριανῷ Καίσαρι Σεβαστῷ, Ὀλυμπίῳ, Σωτῆρι, Οἰκιστῇ. cf. 2866. 2683. 2747. 2958. 2959. 480. 478. 1730. 2696. etc.

8. Ex visu vel somnio monitus (Paus. III. 14. 4.) qui aliquid dedicat, is dedicare dicitur κατὰ κέλευσιν θεοῦ (Grut. 21. 1. Murat. 160. 3.), κατὰ πρόσταγμα (C. I. 2304. 2305. cf. Reines. Cl. 1. p. 151. n. 113.), ἐξ ἐπιτάγματος (Reines. n. 196.), ἐξ ἐγκελεύσεως (Murator. 1048. 5. cf. Marini. Act. fratr. Arv. I. p. 26.). Similiter alia κατὰ μαντείαν dedicantur (Paus. III. 18. pr. cf. Osann. Syll. p. 485. Grut. XXI. 12.).

Denique in titulis huius generis qui dedicat haud raro honoris sui causa addit ἐκ τῶν ἰδίων, ut C. I. 481. 491. 521. 1111. 1079.$^{b.}$ 1205. 1603. 2567. 2568. 2048. ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων ib. 2749. τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασι ibid. 1236. ἐκ τῶν ἰδίων πόρων ibid. 3454. etc. praesertim in titulis

---

Formula ὑπὲρ τοῦ δεῖνος in Imperatorum honoribus prolixiorem in modum exponitur, ut ὑπὲρ σωτηρίας Κυρίου Αὐτοκράτορος Letr. Rech. p. 426. ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν — Αὐτοκρατόρων C. I. 1190. Ὑπὲρ ὑγιείας καὶ σωτηρίας καὶ τιμῆς καὶ νίκης καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν δεσποτῶν ἡμῶν C. I. 2744. Ὑπὲρ τῆς Αὐτοκράτορος Καίσαρος — τύχης Letr. Rech. p. 231. ὑπὲρ τῆς τῶν Αὐτοκρατόρων νίκης καὶ αἰωνίου διαμονῆς n. 132. cf. tit. Ancyr. ap. Montef. Palaeogr. I. p. 167. p. 163. Ὑπὲρ τῆς τοῦ μεγίστου καὶ θειοτάτου ἐπιφανεστάτου Αὐτοκράτορος — ὑγείας καὶ διαμονῆς supra n. 122. Ὑπὲρ τῆς εἰς αἰῶνα διαμονῆς Ἀντωνείνου Καίσαρος τοῦ Κυρίου etc. Letr. Rech. p. 237. etc.

(*) Etiam εὐξάμενος καθιέρωσε C. I. 2123. 2108.

collegiorum C.I. 3451. 3480. 3485. 3496.; quemadmodum contra in operibus publicis aliquoties legitur ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων ἐπεσκευάσθη C.I. 519. etc.

9. Aliquoties etiam in titulis honorariis et dedicatoriis temporis addita notatio habetur ex archonte eponymo (ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος); cuius rei exempla initio huius capitis habuimus (cf. C.I. 458. ex Ol. 110,4. n. 99. ex Ol. 114,1. n. 1416. 1593. 2080. 2955.); et pro argumento cum aliis magistratibus, ut cum sacerdotalibus C.I. 2394-96. 1694. cum cosmeta et similibus C.I. 254. 262. quales magistratus etiam soli pro eponymis nominantur, ut C.I. 481. Alias ἐπὶ ἱερέως — ζακορεύοντος — in tit. Diar. Archaeol. Hal. 1835. 3. p. 23. 4. p. 26. (cf. C.I. 431. *b.* in Add. 2300. 2298. 2299. 2302. 2096. *d.* 2165.), ἱερατεύοντες — n. 118. vel ἐπὶ ἱερείας — C.I. 461. 462. 386. 393. 435. — γυμνασιαρχοῦντος — ib. 466. ἐπὶ ἀγωνοθέτου — ib. 1425. 1427. — στρατηγοῦντος — ib. 480. 485. — Ex rege, ut in Phanagorensibus et Panticapaeensibus quibusdam C.I. 2105. 2106. 2107. 2117. 2120. Atque in titulis recentioribus computantur etiam anni vel Olympiadum, ut n. 119. (*) vel alius cuiusdam aerae, ut ab epochâ Achaicâ a. u. c. 608. in titulis Megaricis n. 94. in Hermionensi C.I. 1203. in Aegin. n. 92. in Peloponnesiacis n. 113. et 117. — ab epochâ Bosporanâ a. u. c. 457. a. Chr. 297. in titt. Panticap. n. 146. C.I. 2108.ᶠ 2109.ᵉ v. Boeckh. II. Introd. I. 12. — ex Imperatoribus in titt. Syriacis et Aegyptiis. v. Burckhard. Itin. Syr. vers. Gesen. I. p. 150. (**) Letr. Rech. p. 157. 172. 231. 237. 426. 447. 264. etc.

10. Solebant veteres in locis sacris, quos adorandi causa invisebant, monumentis vel vivo saxo nomina sua insculpere; cuius rei ruinae in promontorio insulae Therae, ubi Neptuni templum fuisse constat, plurima exempla praebuerunt, v. n. 7-15. 17-20. cf. Act. Acad. Boruss. a. 1836. inscriptt. Ther. n. 21.-101. 103. C.I. 456. 2306. Similiter in saxo Epiri C.I. 1825 Διονύσιος Πρωτάρχου ὧδε παραγενόμενος μετὰ τῶν συνστρατιωτῶν (sequuntur nomina). In antro Antipari C.I. 2399 Ἐπὶ Κρίτωνος εἶδε ἦλθον etc. cf. ibid. 2400. 2401. Alias additur εὐχῆς χάριν ut in saxo Anchesmi C.I. 512. cf. 514. 515. Itaque vel praesentes sese fuisse testantur simpliciter, vel deorum et familiarium ibi esse recordatos; cf. Dorvill. ad Charit. p. 525. ed. Lips. Unde in talibus inscriptionibus formula ἐμνήσθη ὁ δεῖνα C.I. 513. ubi genitivus ex titulo iuxta inciso sumendus videtur. Sic in Epiro ad maritimum antrum C.I. 1826 ἐμνήσθη Τρύφων παρὰ τοῖς Διοσκούροις, cf. 1827. vel plene ὁ δεῖνα ἐμνήσθη τοῦ δεῖνος, ut C.I. 516. in promontorio Sunio Ὀνήσιμος ἐμνήσθη τῆς ἀδελφῆς Χρήστης. cf. ibid. 965. 1107. (Ross. Inscr. inedd. I. n. 61.ᵃ). Exstant huius generis in Aegypto et Nubiâ tituli plurimi, in quibus quum item μνείας fit mentio, ut in tit. insulae Philarum — ἥκω πρὸς μεγάλην Εἶσιν θεὰν τὴν ἐν Φίλαις, μνείαν ἐπ' ἀγαθῷ τῶν γονέων ποιούμενος ap. Letronn. Rech. p. 470. (cf. epigramma elegans ap. Parthey de Philis p. 52. et inscriptt. Syringum Theb. ap. Letronn. Comm. de statuâ Memnonis (***)

(*) Peculiaris in nonnullis Atticis titulis post Ol. 227, 3. exaratis notatio est ex primâ Olympiade inde a dedicatione Olympiei computandâ v. n. 125.

(**) De aliis aeris titt. Syr. v. ibid. p. 484. sq. coll. Marini Act. fratr. Arv. p. 724.

(***) La statue vocale de Memnon considerée dans ses rapports avec l'Égypte et la Grèce, étude hist. de Letronne, faisant suite aux Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte pendant la domi-

p. 244. n. 2. p. 246. n. 6. 247. n. 8. 251. etc.) tum usitatissima formula est προσεκύνησα et τὸ προσκύνημα θεῷ v. παρὰ θεῷ ἐποίησα v. γέγραφα, vel τὸ προσκύνημα τοῦ δεῖνος (παρὰ θεῷ) plerumque cum notâ temporis. Ἡρακλῆς ὁ καὶ Ἥρων Ἥρωνος ἦλθον καὶ προσεκύνησα Ἑρμῆν θεὸν μέγιστον ap. Lighb. Itin. Nub. p. 271. n. 3. Letr. Rech. p. 478. cf. ibid. p. 477. et Journ. d. Sav. 1821. p. 309. Σαραπίων Δράκοντος ἥκω πρὸς τὴν Κυρίαν Ἶσιν καὶ πεποίηκα τὸ προσκύνημα Καλλιμάχου καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ etc. Journ. d. Sav. 1827. p. 620. cf. Letr. Rech. p. 464-467. Τὸ προσκύνημα Ἀντωνίου γραμματέως Φιλῶν Καπίτωνος· καὶ προσεκύνησα θεὸν μέγιστον Ἑρμῆν καὶ ἐποίησα τὸ προσκύνημα τῶν ἄλλων πάντων καὶ φίλων LIΘ̄ Τιβερίου Καίσαρος Παοινὶ Ē. Letr. Rech. p. 478. cf. ib. 483. 458. et Journ. d. Sav. 1822. p. 289. ex Burckh. Trav. in Eg. p. 91. Τὸ προσκύνημα Πετένσεις ἱερουργὸς ποιῶ παρὰ τῷ Κυρίῳ Παϋτνούφιδι Journ. d. Sav. 1822. p. 290. ex Gau Ant. Nub. cf. Journ. d. Sav. 1831. p. 409. et inscriptt. syring. Theb. ap. Letr. in Comm. de statuâ Memn. p. 253. 244. n. 3. et 42. n. 4. p. 245. 248. Praeterea in syringibus Thebarum, ubi non nuda nomina inscripta sunt, formula est: ὁ δεῖνα ἐθαύμασα vel ὁ δεῖνα ἱστορήσας v. ἰδὼν ἐθαύμασα vel simpliciter ἱστορήσας vel θεασάμενος et similia, ut ap. Letr. l. c. p. 242. 247. 248. 250-254.; in statuâ autem Memnonis, ubi non epigrammata metrica, haec: ἤκουσα vel ἠκούσαμεν Μέμνονος cum notâ temporis, addito hinc inde μεμνημένος τοῦ δεῖνος vel καὶ ἐμνήσθην τοῦ δεῖνος, ut ap. Letr. l. c. LI. p. 226.

11. Ex titulis in memoriam amicitiae scriptis sunt C. I. 2702-2706. τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος φιλία, et Herma Tenius in Bullett. Inst. Archaeol. Rom. 1832. p. 56. cf. Kunstbl. 1836. n. 17. ubi τῶν δείνων συμβίωσις φιλία. v. etiam Boeckh. ad inscr. Ther. 110. in Act. Acad. Boruss. 1836. Maior numerus est titulorum amatoriorum non in marmore, sed in aliâ qualicunque supellectile, praesertim in vasis. Constat veteres nomina eorum, quos amabant, in parietibus, ianuis, corticibus arborum, (*) vel aliâ quacumque supellectile solitos esse inscribere adiectâ voce καλός; itaque ὁ δεῖνα καλός, ἡ δεῖνα καλή. V. Aristoph. Acharn. 144. et ibi schol. coll. Vesp. 98. Eustath. ad Il. ζ. p. 633. Suid. v. καλοί. ὁ δεῖνα καλός. Ῥαμνουσία. Creuzer. Plot. de pulcr. praep. p. XXV. sq. Unde etiam in vasis toties pictum est καλός, καλέ, ὁ παῖς καλός, καλὸς ὁ παῖς (Milling. Peint. d. vas. Rom. 1817. pl. XLIII. cf. Gerh. Rapp. Volc. p. 79.), vel ὁ δεῖνα καλός, ut KALOSNIKON ap. Ros. Inscr. Vetust. tab. XII. fig. 3. 1. KALLIKLESKALOS ibid. fig. 3. 2. quorum pars generis est athletici v. Gerh. Rapp. Volc. p. 79. sqq. O. Müller. Archaeol. § 301. p. 399. ed. sec. Plenam formulam tituli amatorii suppeditat tegula C. I. 541. Ἵππεος καλὸς Ἀριστομήδει δοκεῖ et vas Locrense ap. Ros. l. c. tab. XII. καλὴ δοκεῖς, de quo Boeckh. ad Pind. fragm. p. 569. Καλὸς εἶ, ap. Roch. Journ. d. Sav. Febr. 1830. cf. Tischbein. fol. 13. a. Part. IV. Huc pertinent gemmae quaedam et sigilla, in quibus legitur e. c. Φῶς μου Θεανώ (Montf. Ant. expl. Suppl. III. tab. 65. p. 173. cf. Ficoron. gem. ant. litt. tab. V. n. 9.), Λευκὰς καλὴ χαῖρε (Cayl. Rec. II. P. 3. tab. 52. 3.), Ἀλκιβιάδης ἐράσμιος (Gori Inscr. Etr. I. gemm. tab. IV. 3. et p. LIII.).

---

nation des Grecs et des Romains. Paris. 1833. Cf. Rec. Grotefend. Zeitschrift für die Alterthumsw. 1834. p. 203-211.

(*) Athenis celeber hoc nomine locus fuit Ceramicus intra urbem, sed minus, ut videtur, honorificus. v. Meurs. de Ceramico gemino, cap. XVIII.

CAPUT IV.

DE TERMINIS ET SIMILIBUS.

1. Cippos (στήλας) vel hermas (Paus. II. 38. fin.) in finibus imperii terminorum tropaeorumque loco scriptos a veteribus positos fuisse haud pauca exempla monstrant a Zoega de Obelisc. p. 577. collecta. Terminus huius generis est columna Isthmiaca, cuius mentio fit ap. Plut. Thes. 25. Strab. III. p. 171. Cas.

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος ἀλλ' Ἰωνία.
Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

cui similis titulus est in portâ Athenarum ab Hadriano positus C. I. 520. Referuntur huc quodam modo hermae Hipparchi in Atticâ dispositi quo loco media via est inter urbem et pagum n. 41. et titulus arae duodecim deorum, ex qua intervalla computantur, C. I. 525. Sed hic inprimis nominandi sunt tituli cipporum qui in agrorum limitibus constituti insularum terminos notarent. V. Demosth. Cor. p. 278. et quae Osann. Syll. p. 327. adstruxit ex Horat. Serm. I. 8. 12. et ex agrimensorum scriptore ed. Goesii p. 88. Horum titulorum, qui plurimi ad sacra τεμένη referuntur, forma haec est: ὅρος τεμένους Ἀθηναίης C. I. 526. cf. supra n. 61. et C. I. 527. 527.[b] in Add. 528. 529. 2420. vel ὅρος Διὸς Μηλωσίου ibid. 2418. cf. 2419. 1468. 1870. 1876. vel ὅρος χωρίου ἱεροῦ Ἀπόλλωνος in Naxo et Paro v. Ross. Kunstbl. 1836. 12. vel etiam simplici genitivo, ut Ἰστώνης C. I. 1875. cf. 1872. De munere προστάτου τεμένους fragm. exstat C. I. 2906. (*).

Etiam sepulcris sunt termini s. limites impositi, ut ὅρος μνήματος C. I. 534. ὅρος σήματος Ὀνησίμου ibid. 535. aliisque locis, ut lapicidinis, v. C. I. 536. In quo notum est munus ὁριστῶν ex Bekk. Anecd. p. 287. cf. Tabb. Heracl. Propter formulam, qua huius generis tituli concepti sunt, conferri possunt cum his στῆλαι vel ὅροι illi, qui aedibus oppigneratis affigebantur, v. n. 62. coll. C. I. 531. 532. 533. fundisque mancipatione sub fiduciâ venditis, v. Diar. Archaeol. Hal. 1835. n. 4. p. 30. et Boeckh. Ind. lectt. Univ. Berol. aest. 1821. De scripturâ in ὅροις vulgo obtinente v. supra p. 150.

2. In parietibus theatrorum vel gymnasiorum hinc inde tituli reperiuntur, quibus locus alicui assignatur, ut in Naxo C. I. 2421. Ἀρχιερέως Ἀριστάρχου τόπος προκατέχεται. In Melo C. I. 2436. νεανίσκων τόπος. ὑμνῳδῶν τόπος, cum qua formulâ nec titulus Theraeus n. 99. in Act. Acad. Boruss. 1836. quidquam habet commune neque genitivi illi qui leguntur in theatro Syracusano, v. supra p. 332. not. 4.

(*) Pertinent huc etiam asyla, ut χῶρος ἱερὸς ἄσυλος Διονύσου Βάκχου· τὸν ἱκέτην μὴ ἀδικεῖν μηδὲ ἀδικούμενον περιορᾶν· εἰ δὲ μή, ἐξώλη εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ τὸ γένος αὐτοῦ C. I. 2919. (cf. similia ibid. 1926.) et columnae Herodis n. 33.

CAPUT V.

DE TITULIS SEPULCRALIBUS.

1. Titulos sepulcrales, qui iidem honorarii sunt, supra vidimus p. 330. Nunc, quae ratio sit titulorum mere sepulcralium, videamus. Hi plerumque in στήλαις (cippis, columellis) eleganter ornatis scribebantur, quae ex more Sicyoniorum (Paus. II. 3. 7.) haud raro aëtoma supra positum habebant (cf. C. I. 869. 1669.), vel etiam anaglyphis instructae erant (C. I. 818. 894. 669. 717. 945. etc. Welcker. Syll. p. 135. Müller. Archaeol. § 286. 4. § 431. 2. § 284. 1.). Praegrandibus στήλαις opus fuit in militaribus n. 47. C. I. 166. sqq. 1936. Inscribebantur praeterea aris, quales praesertim ap. Rhodios usitatae fuerunt (C. I. 2545. 2550. sq. cf. aras in Delo dicatas memoriae causa C. I. 2310.), urnis (C. I. 974. 1008. 1009. etc.), vasis marmoreis (C. I. 915. 934. 552. etc.), arcis vel sarcophagis (C. I. 1816. 926. 1024. 3029.), et quae alia sunt generis eiusdem (cf. Müll. Archaeol. p. 386. sq. ed. sec. et Ross. in Diar. Archaeol. Hal. 1837. n. 13. 14. 15.); denique vivo saxo, ubi sepulcra rupi incisa erant; n. 1. sqq. —

2. Etiam in his titulis vetustior ratio simplicior est, qua nomen defuncti cum patris demique nomine inscribitur, ut in Atticis C. I. 548. Πολυκράτης Νίκωνος Ἀγγελῆθεν, cf. 549-631. 633-665. 667-748. 750-764. 766-807. (*) et titt. exterarum gentium 1096. 1189. 1917. 1925.^{b} 2042. 2320. 2514-16. 2517. 2538. 2539. 2547. 2550. etc. vel omisso demi nomine, ut Ἀμαξάνιος Ἀμαξανίου ibid. 912. 914. 915. 917-922. 1089. 1091. 1674. 1676. 1777. 2598. 2600. etc. vel omisso etiam patris nomine, ut n. 1. 2. 3. 16. 19. cf. C. I. 929. 931. 932. 936. 937. et saepe. (**) Huic simplici appellationi additur interdum χρηστός, ut C. I. 924. 928. 931. 968. 1002. 1007. 1669. Alias χαῖρε, ibid. 910. 914. 961. 979. 975. 976. et sexcenties extra Atticam 1088. 1090. 1093. 1099. 1112-1114. etc. qualem formulam (ὁ δεῖνα χαῖρε) apud Sicyonios inprimis frequentatam praedicat Paus. II. 7. 3.; cui haud raro nomen defuncti praemittitur casu vocativo expressum, ut Δορίμαχε χαῖρε ibid. 941. vel coniunctim χρηστὸς χαῖρε ibid. 2406. et millies χρηστὲ (χρηστή) χαῖρε, ut ibid. 554. 861.^{b} 1020. 2311. 2313. etc. (***) alias ἥρως, ibid. 1017. cf. 904. 989. 1398. 1629. 1654. 1661. 1662. 2427. 2486. fem. ἡρωΐνη 2259. cf. 1944. 3277. vel ἥρως χαῖρε 1787. cf. 2259. vel

(*) In mulieribus Atticis, ubi demus nominatur, usitata formula est ἐξ Ἀθμονέων C. I. 557. ἐξ Αἰθαλιδῶν 563. ἐξ Ἀζηνιέων 569. ἐξ Ἀναγυρασίων 583. ἐκ Βερενικιδῶν 612. ἐκ Θοραιέων 449. ἐκ Γαργηττίων 617. ἐκ Κεραμέων 648. ἐκ Κηφισιέων 653. ἐκ Κολλυτέων 662.^{b} ἐγ Λαμπτρέων 671. ἐγ Μελιτέων 690. ἐκ Πειραιέων 749.^{d} ἐκ Πιθέων 445. ἐκ Πτελεασίων 760. ἐκ Σκαμβωνιδῶν 764. ἐκ Φυλασίων 797. ἐξ Ὑβαδῶν 943. Raro in viris dicitur quod est ap. Dem. 898. 9. Εὐρυξίας ὁ ἐκ Πειραιῶς; in inscriptionibus numquam, nisi formula usu confirmata est, ut ἐκ Κοίλης, ἐκ Κολωνοῦ (p. Κολωνῆθεν), quae mulieribus cum viris communis est, C. I. 659. Cf. ibid. 692. 821.

(**) Huc pertinent tituli militares n. 47. 50. C. I. 167. 168. 168.^{b} 169.

(***) Cf. ib. 2328.^{b} 3261. χρηστὲ καὶ ἄλυπε χαῖρε. (cf. Pococke Inscr. c. 1. p. 3.) 2163^{b} προσφιλὴς χαῖρε. 2937 εὐσεβὴς χαῖρε. 2669 ἀγαθὴ χαῖρε. 2890 παιδίον καλὸν χαῖρε. Pro χαῖρε interdum est εὐψύχει, ut C. I. 2204. Κομψὲ εὐψύχει in tit. Mus. Capitol. v. Guasc. III. 205. n. 1290. ap. Osann. Syll. p. 465.^{b} In tit. incerti loci qui tamen inter Atticos positus videtur Mus. Brit. spat. XV. 91. habes etiam χρηστὲ χαῖρε καὶ ὑγίαινε. Praeterea binis quoque adscribitur χαῖρε C. I. 2100.

ἥρως χρηστὲ χαῖρε, 1723. 1781-1786. 1789. 1792. 2890. 2942. 3290. alias πρεμοίρως βιώσας 953. v. supra p. 331. cf. Viscont. Journ. d. Sav. 1817. p. 37.

Post χαῖρε, χαίρετε ἥρωες, quod acclamatur defunctis, hi ipsi introducuntur respondentes viatori χαῖρε καὶ σύ, v. C.I. 1956. 1961. 1982. 1987. 1988.[b] vel καὶ σύ, ibid. 3278. καὶ σύ γε in tit. inc. loci ap. Grut. DCCLXXVIII. 5. Unde etiam in titulis aliam formulam sequentibus quod passim legitur χαίρετε, χαίρετε πάντες, ita explicandum est, ut defuncti id acclamare legentibus vel superstitibus existimentur. C.I. 1961. 3024. 3032. etc. Hoc sensu in cippis Asianis nonnumquam habetur ἐνθάδε κεῖμαι, (*) παροδῖτα χαῖρε cf. C.I. 2135. 2211. pro quo in tit. Phanagor. ib. 2129. est τοῖς παράγουσι χαίρειν.

